9 Limita nono, quando cauſa eſſet determinanda ſecundum ęquitatem. Ita tenet Barba. vbi dicit ſe ita Bononiæ conſuluiſſe, per ſingulare dictum Bal. in l. ſi mancipium. ff. de euictio. in apoſtillis, vbi exceptio excutionis eſt de apicibus iuris, ſed vbicunque cauſa deciditur ſecundum ęquitatem, non attenduntur ea quæ ſunt de apicibus iuris. l. fideiuſſor. in §. quędam. ff. manda. & hoc eſt quod voluit gl. in c. dilecti. de iudi. Barb. in c. peruenit. de fideiuſſo. nu. 7. ver. quarto fallit. Deci. in l. ſi. nu. 22. ff. ſi cer. peta. Stepha. Aufredus in additionibus ad deciſiones Capellę Tholoſanę 196. Quę limitatio in effectu videtur eſſe quod ſupra dixi in 3. limita.

10 Decimo limita, quandocunque debitor eſſet naturaliter obligatus, & ſic non poteſt executi de iure, vt quia ſi fideiuſsit ꝓ pupillo, furioſo, vel prodigo, naturaliter obligatis, vt in d. l. Marcellus, & ibi Bart. ff. de fideiuſſo. Ita tenet Guliel. de Cugno, & ibi Cinus nu. 3. in dicta Authent. præſente. Montal. in gloſſ. l. 9. tit. 12. parte 5. Bal. in l. 1. numero. 14. C. de conueni. fiſci debito. lib. 10. Barba. in d. cap. peruenit, numero 7. Stepha. in d. deciſio. 196. Iaſon in l. ſi. numero 11. ff. ſi certum peta.

11 Vndecimo limita, quando bona principalis eſſent apud fideiuſſorem. Vt in l. ſi procuratorem. in. §. ſed ignorantes. ff. mandati, ita tenet Barba. per illum text. in d. cap. peruenit, numero 6. Stephanus Aufredus, vbi ſupra.

12 Duodecimo limita, quando principalis poſtquam conſtitutus eſt in mora, deceſsit, etiam non facta excuſsione de hęredibus debitori. Secundum Petrum de Bella pertica, & glo. Bal. in l. ſi plures, numero 14. C. de conditio. inſer. ſecus ſi principalis non fuit in mora, quia tunc hæredes prius debent interpellari, ſecundum Bal. ibi, quē ſequitur Stephanus Aufredus in d. deciſi. 196. in fine.

13 Decimotertio limita, quando pater interuenit pro filio. Vt eſt tex. ſingularis. in l. 3. in. §. ſed vtrum, verſiculo proinde. & ibi. Bal. ff. de minoribus, & ita per illum tex. tenet Barb. in d. c. peruenit, numero 7. & in l. ſtipulationum, la 2. in §. ſatis acceptio. col. 5. verſiculo item niſi pater fideiuſsiſſet. ff. de verb. oblig. Stepha. Aufre. in d. deciſio. 196. Nicola. Boerius in deciſio. 221. numero 6. & 14. & hāc eſſe communem opinionem firmat Pyrrhus Engleber mæus, in l. 1. C. de decurionibus, lib. 10.

14 Decimoquarto limita, quando fideiuſſor negat fideiuſsiſſe, quia tunc beneficium excuſsionis perdit. Tex. eſt notabilis in l. ſi dubitetur, in. §. 1. ff. de fideiuſ. & ibi Bal. & Ang. Sali. in d. Auth. præſente Bal. in Auth. contra qui propriam. C. de non numerata pecu. Hanc opi. tenet Barb. in d. c. peruenit, nu. 7. & in d. §. ſatis acceptio, col. 4. verſi. item eſt verum. Stepha. Aufred. in d. deci. 195. Iaſon, vbi allegat alia quam plura iura, in. §. item ſi quis, el 1. numero. 79. Inſtitu. actio. Hierony. Gratus in conſi. 64. numero 44. & in conſi. 119. numero 21. vol. 2. Fran. Ozerius in. §. ſi plures. numero 12. Inſtit. de fideiuſſo. Et vide late ſupra in regu. 325. & 329.

15 Decimoquinto limita, quando omnia bona debitoris ſunt publica-
ta, nam tunc fideiuſſor poteſt conueniri, non facta excuſsione. Ita te-
net Bar. in l. ſi ego, in prin. in finalibus, verbis. ff. ſi cer. peta. quem
ſequitur ibi Iacobinus. nu. 3. verſi. 3. fallit. Sed contra hanc limi-
tationem tenet expreſſe Cuma. in d. l. fin. ff. ſi cert. peta. per text. in
l. ſi debitori deportato. ff. de fideiuſſo. ſcilicet quia prius debet con-
ueniri fiſcus, qui ſemper præſumitur idoneus ad ſoluendum. l. 1. §.
ſi ad fiſcum. ff. vt lega. ſeu fideicom. nomi. caue. & l. 3 §. idem ſcien-
dum. ff. ſi cui plus quam per l. falci. Quam opin. Cuma. ſequitur Ro-
ma. vbi notabiliter eam declart ibi. num. 5. vbi dicit ſe ita conſul-
uiſſe contra. Bartol. & ita conſuluit in conſil. 93. numero 4. Ean-
dem opininio. contra Bartol. tenet Barba. in d. cap. peruenit, nume-
ro 7. & eam dicit communiter reprobari. Curtius Iunior in d. l.
fina. numero 8. vbi ipſe vult defendere Bartol. & contra Bartol.
tenet Claudi. de Seyſello, vbi dicit magis veram eſse, in d. l. de-
cem, numero. 7. ff. de verbo. oblig. & Deci. in dicta l. finali, numero
15. & ibi Iaſ. nu. 11.

16 Decimoſexto limita vt non procedat, quando debitor conſtituiſ-
ſet ſe poſsidere bona ſua nomine creditornm, iuxta text. in l. quod
meo, in principio. ff. de acqui. poſſ. vel conſtituit ſe precario poſſi-
dere nomine creditorum, iuxta text.. in l. interdum. ff. eod. tit. nam
tunc, ſi ipſe debitor bona illa alteri vendiderit, & tradiderit, poterit
creditor nulla bonorum diſcuſsione facta, tanquam ſua poſſeſsione
priuatus agere contra hnnc tertium ad reuocandum illam ſuam poſ-
ſsionem, nulla facta excuſsione, per tex. in l. fi. C. de acqui. poſſeſ.
in verſi. vel quiſpiam alius. & ibi glo. in verbo, cuiuſcunque rei, &
in verbo, generetur. Hoc fuit notabile verbum Iacobi Butrigarij. in
d. l. fi. & ibi Bal. in princ. qui dicit perpetuo menti tenendum. Ang.
in lectura Paduana, col. 1. qui dicit obſeruari Bononiæ. idem Iaco-
bus Butri. in l. exitus. & ibi quoque Bal. Ang. Imo. Cuma. Roma. et
Alex. ff. de acquirenda poſſeſ. & in dicta Authen. hoc ſi debitor, ad
finem, & ibi quoque Florianus, Bar. in l. nomen. C. quę res pigno.
obliga. poſſ. Iaſon in. § item ſi quis, el primo, numero 77. Inſtitu. de
actio. Hanc etiam limitationem poſuit Socinus in dicta regu. 134.
in 4. limitatione. quam poſt plures doct. eam tenentes notabiliter de-
clarat, Tiraquel. in tract. de iure conſtituti, in prima parte, a nume.
53. vſque ad numerū 67. Eandem limitationem poſuit Decius in l.
finali, numero 28. ff. ſi cer. pet. Alex. in conſi. 86. numero 2. & in cō-
ſil. 88. numero 2. vol. 6.

17 Decimoſeptimo limita quandocunque notiorum eſt principalem
debitorem non eſſe ſuluendo, quia tunc poteſt conueniri fideiuſſor
nulla excuſsione facta in debitorem principalem. Ita Bar. in d. l. fi.
in fi. ff. ſi cer. pet. ſequitur Bal. in l. 1. circa medium. C. de his quę in
fraudem credito. alie. ſunt. & hoc ante Bar. tenuit glo. fi. in l. decem
ff. de verborum oblig. in d. l. fin. in verbo, ſed ſi cum Seio. glo. & ibi
Ang. de Peruſio expreſse in l. niſi hoc actum, ff. de pactis, Hāc opi-
nionem

ſionem tenet Alexan.in d.l.ſi ego, & ibi Iaſon, numero 11. Claud. de Seyſello nume. 4. Curtius Senior in conſilio 6. numero 1. Petrus de Rauenna in Alphabeto ſuo, in verbo, fideiuſſor. Feli in cap. cum olim, numero 11. verſiculo, ſicut etiam dicunt, de re iudi. Barba. in d.c. peruenit, numero. 5. & in d.§. ſatis acceptio. colum. 4. verſiculo. & de iſta excuſsione. Hormanotos Detus in repe.l. hoc edicto, in.§.nuntiato, numero 130. ff. de noui operis. Iaſon in d.§. item ſi quis, el primo, numero 68. Inſtit. de actio. Corneus in conſi. 46. numero 13. libro ſecundo, & in conſi 151. numero 5. lib. 4. vbi dicit ita communiter teneri. Hippoly. in repe. rubr. ff. de fideiuſſo. numero 10. Anto. Capitius in deciſio. 54. Hieronymus Gratus in conſilio, 87. numero, 23. vol. 1. & in conſi. 63. numero 41. volu. 2. Socinus in d. regu. 154. in 5. limita. Quod tamen intelligo verum, quãdocunque ſuper illo facto notorio ſeruatur ſententia. Ita tenet Imo. in d.l. decẽ, colũ. 4. vbi dicit quod ſi fideiuſſor conuentus in iudicio dicat principalem non eſse excuſsum, & replicetur quod principalis eſt notorie imponens, tamen fideiuſſor grauari non poteſt niſi ſuper hoc feratur ſententia. quem tanquam notabile ſequitur Feli. in c. euidentia. de accuſa. ita etiam ſentit Abb. in c. porro, in 1. notabili, de diuort. Claudi. de Seyſello in d.l. decem, nu. 5. Pro qua opinione eſt text notabiis in c. cum dilectis, in verſiculo his igitur in fine, ibi, cum nimirum ſi crimen notorium exiſtebat, non erat illi indicenda purgatio, ſed in eum condemnationis ſententia promulganda, de purga. cano. & ibi expreſse glo.

Quod tamen intelligendum eſt, vt licet requiratur ſententia, non tamen requiritur quod tunc in ſcripis feratur, glo. eſt notabilis in Authẽ. vt iudices, ſine quoquo ſuffragio. in §. neceſsitatẽ, in verbo, ex non ſcripto, colla. 2. & ita per illam glo. tenet Bal. in l. presbyteri, la prima C. de episco. & clerici. Archidia. in c. quæ Lotharius, numero 2. ſecũda quæſt. j. Dominicus in c. fi. de re iudic. lib. 6. & ibi Philip. Fran. numero 6. in c. euidentia, in fine.

18 Decimooctauo limita, quandocunque eſset conſuetudo in aliquo loco huic noſtrę regulæ contraria. Ita probat tex. in l. 3 tit. 18. lib. 3. fori per quã l. corrigitur hæc noſtra regula, ſecundũ Pala. Ruuios in rep. c. per veſtras §. 18. numero 10. & ſecundũ Roder. Xuarez in l. 2. ti. (De los emplazamientos,) li. 2. fori in. §. queritur vlterius numero 11. folio 188. Sed d.l. fori, debet intelligi, vt ſupra dixi, quãdocunque de conſuetudine ſeruatur, & ſic vbicunque eſset vſitata, iuxta tex. in l. prima in ll. Tauri, facit quod notat ipſemet Rodericus Xuarez in proœmio fori. & ſic videtur deberi intelligi ſupra dicta l. fori, Pala. Ruuios, & Rodericus Xuarez, vbi ſupra. Vel ſecundo modo intelligo dictam l. fori, quandocunque fideiuſſor & principalis ſimul eſsent obligati, quod Hiſpane dicitur. (de mam comum,) & ſic fideiuſſor eſset obligatus tanquam principali, pro quo eſt tex. in l. 5. in fi. tit. 2. par. 3. & quod notat Hippo. in repe. rub. ff. de fideiuſ. numero 62, cum aliis.

Deci-

19 Decimonono limita, non habere locum in duobus Reis, nã licet
in ſolidum conueniri non poſsit unus eorum, niſi hoc ſit renuntia-
tum, in parte tamen poſſunt. Vt in Authen. hoc ita C. de duobus re-
is. ita tenet glo. 1. in d. Auth. pręſente. De iure regio probatur in l. 4.
titu. 18. lib. 3. fori, & in l. 10. titu. 12. par. 5. & in l. 2. titu. 12. lib. 3. or-
di. Circa quam limitationem eſt notandum, quod ſi plures rei
debendi conſtituerentur, & vnus ex eis habuit totam vtilitatem
contractus, ſcilicet quod ad eum peruenit tota pecunia, alii habẽ-
tur loco fideiuſſorum, & gaudent beneficio fideiuſsorum, & poſsunt
excipere quod ille qui vtilitatem totam habuit, prius conueniatur,
& ſic non habet locum, dicta limitatio. Ita tenet Guliel. de Cu-
gno, in l. ſed Iullianus, in §. idem ait ſi duos, per illum tex. cũ
gloſ. ff. ad Macedoni. gloſ. in Authen. de fideiuſſo. in §. 1. colla. 1.
Bart. in l. in duobus, in §. vbi duo rei, numero 15. ff. de duobus
reis. Cremenſis in ſingu. 38. Alexan. in additio. ad Bartol. in l. Mar-
cellus, numero 7. ff. de fideiuſſo. Florianus in l. nullus, per glo. ibi. ff.
de teſtibus. Roma. in conſi. 114. numero 1. Ioan. de Anania in con-
ſil. 3. numero 7. vbi hoc declarat. Pau. Caſtren. vbi hoc etiam no-
tabiliter declarat, in l. vnde quęritur. ff. de pecul. Hippoly. in ſingu.
2. & in repet. Rubric. ff. de fideiuſso. numero 65. & 371. Iaſon in l. hu-
iuſmodi. ff. de legat. 1. numero 2. colum. 2. Pala. Ruui. vbi dicit ſe
ita multoties practicaſſe, in repe. cap. per veſtras, in 5. notabili. nu-
mero 10. ad finem, verſiculo, hinc eſt etiam. Quod eſt verum
ſecundo ſupra dictos. doctores dum tamen periculo & ſumptibus
iſtius conueniatur, quod non ſolum in duobus reis, verum etiam
in fideiuſſore & principali locum habet, nam in caſibus in qui-
bus fideiuſſor poteſt cõueniri ante principalẽ, poteſt eſse fideiuſsor
petere vt ſuis ſumptibus principalis prius conueniatur. Ita tenet
Bald. Bartol. in l. cum in plures, in §. veſtimenta. ff. loca. & ibi Bal.
idem Bartol. in l. vnde queritur, numero 12. ff. commoda. Io. de
Platea in §. legatariis. Inſti. de teſtamen. Additio. Abb. in c. perue-
nit, de fideiuſso. ita tenet Pala. Ruuios, & Hippoly. vbi ſupra.

20 Vigeſimo limita, quando fideiuſsor fideiuſsit cum iuramento
nam tunc non procedit regula. Ita tenet Bal. in cap. ex reſcripto, nu-
mero 2. verſic. item quia iurauerunt. ff. de iureiuran, quem ſequitur
Bartholomęus Soci. in dicta regu. 234. in 1. limitatione. Hanc opi-
nionem tenet Anchara. in d. cap. ex reſcripto, licet de Bal. nullam
mentionem faciat, & ibi Abb. per illum text. Alexan. in additio.
ad Bartol. in l. Marcellus, nume. 7. ff. de fideiuſſor. idem Alexan. in
conſi. 29. numero 38. lib. 7. Additiõna. Abb. in cap. perueni, de fide-
iuſſo. in additione magna, & etiam nũero 6. in alia parua additio
ne Eandem opinionem vbi dicit ſe ita cõſuluiſſe, tenet Anto. Cor-
ſet. in tracta. de iureiuran. in 8. queſtio. numero 36. Marcus Anton.
Baueria in tracta. de virtute iuramenti. in prin. num. 23. Rom. in l. ſi
in §. ſi quis ita, numero 14. ff. de verbo. oblig. Ludoui. Gozadinũ. in
conſi. xxxij. nu. 14. Hier. Gratus in conſ. xxviij. nu. 16. vol. j. Catel-
lia, Cotta

ſia. Cotta in Memor. iuris: in verbo, fideiuſſor indemnitatibus Hip. in d. Rubr. ff. de fideiuſ. nu. 9. Io. Baptiſta de ſancto Blaſio in tract. de arbitris. q. lxxix. colum. iiij. verſic. quinta concluſio. notabiliter eam examinat, & tenet Pala. Ruuios in repeti. c. per veſtras. in. §. xij. nu. 7. cum aliis. Fundant ſe per text. in d. c. ex reſcripto. vbi mulier fideiuſſit & non expreſſe renuntiauit beneficio Velleiani: ſed quia iurauit, viſa fuit illi beneficio renuntiaſſe: ita eodem modo fideiuſſor virtute iuramenti videtur renuntiaſſe beneficio excuſsionis non factæ: ſecundum Bald. ibi & alios Docto. ſupra allega. Et hanc dicit communiter omnes Docto. tenere Ioan. Hannibal. in repeti. l. ſi inſulam. num. 161. ff. de verb. oblig. quam etiam tenet Cin. in l. ſi ex cautione, num. 6. C. de non nume. pecu. & ita fuit deciſum in Curia Tholoſana, deciſione cxxx.

Contrariam tamen opinionem, imo ꝙ ſi fideiuſſor non obſtante iuramento habeat beneficium excuſsionis, tenet Bald. ſibimet contrarius, in c. cum contingat. nu. 20. verſ. ex hoc ſequitur ꝙ fideiuſſor de iureiur. ſequitur Barb. licet de eo mentionem non faciat, in conſi. xliij. nu. 10. vol. ij. Alexan. ſibimet contrarius, & ibi Iaſ. nu. 2. Deci. nu. 10. & 18. & Iacobi. de S. Georg. nume. 3. in d. l. fina. ff. ſi cer. peta. Tho. Gramm. in conſ. clxx. nu. 4. in ciuilibus. Guli. Benedict. in repe. c. Raynutius. in verbo, teſtamentum. cl iij. nu. 29. ver. quarto inducitur. Alciat. in d. c. cum contingat. num. 174. Feli. in c. ex reſcripto. nu. 19. eod. titu. Couarruuias in repe. c. quamuis pactū. in j. par. §. iiij. nu. 4. & ſecundum hanc opinionem fuit deciſum in deciſ. Tholoſ. cxxxix. Eandem opin. tenet expreſſe Anto. Franc. in additio. ad Abb. in d. c. perueint. nu. 6. de fideiuſſ. Fundant ſe ſupradicti Doct. in hoc, quia iuramentum licet validet & corroboret contractum & actum ſuper quo interponitur, non tamen tollit iurandi priuilegium vt non conueniatur non excuſſo principali, de quo in d. Auth. præſente. quia cum lex concedat fideiuſſori hoc beneficium, iuramentum debet intelligi ſecundum naturam huius obligationis: arg. tex. in l. ſi. C. de non nume. pecu. & in c. ex parte tua. de cleric. non reſidend. & per alia fundamenta quæ ipſi docto. vbi ſupra tradunt. Eandem opin. tenet Carol. Molinæ. in additioni. ad conſilia Alex. in conſ. xxix. nu. 7. libr. vij. Sed nihilo minus prima opin. videtur mihi magis vera, per tex. in d. c. ex reſcripto. & per gl. ibi, in verbo, & vxorem. quam tenet expreſſe Steph. Aufredus in additio. ad deciſ. Capellę Toloſanæ. 139. vbi dicit quod ſemper vidit ſeruari hanc opinionem, & ꝙ litera illius deciſionis cxxxix. quæ contrarium tenuit, ſit corrupta Tiraquel. in repet. l. ſi vnquam, in præfatione, nu. 127. & nu. 152. licet pro contraria citetur a D. Couarru. vbi ſupra. Pro qua opinio. facit etiam: nam iuramentum quandocunque in aliquo actu interponit, habet vim expreſſi, ita tenet Bal. in l. j. in ij. q. & ibi Sal. col. vlti. C. commo. per tex. in l. cum pater. in. §. filius matrem. ff. de leg. ij. Tiraq. vbi quam plura ad hoc allegat, in l. connubialib. in gl. v. nu. 148. et ſic quāuis

requiratur

requiratur expreſſa denuntiatio Velleiani per mulierem quando
illi renuntiat. l.ſi.in §.pen.ff.ad Vellei a. tamen mulier quę fideiuſ-
ſit, obligatur propter iuramentum licet expreſse non renuntiauerit
beneficio Velleiani: vt in d.c.ex reſcripto.& ibi gl. ibi eod.modo
videtur in caſu noſtro fideiuſſor per iuramentum renuntiaſse bene-
ficio excuſsionis: & ſic ꝙ poſsit conueniri nõ eſcuſso principali, ſi-
cut ſi expreſse renuntiaſset: vt ſupra dixi in vij.limitatione.

Eſt tamen notandum ꝙ ſupra dict. iuramentum hodie non poteſt
per tabelliones in contractibus opponi: alias contractus non valet
& tabellio punitur: vt in l.vj.tit.j.lib.iij. ordin. Quæ lex procedit
quando contractus alias de per ſe ſine iuramento eſset validus: ſe-
cus autem ſi de per ſe contractus eſset inualidus ſine iuramento. nã
tunc bene poteſt apponi: vt in contractu facto per mulierem, vel
per minorem: vt in Anth.ſacramenta puberum.C.ſi aduer.vendi.
& regia l.xvj.tit.xj.par.iij.& ita ſupra dict. l. intelligit Docto.de
Segura, vbi notabiliter eam declarat, in repe.l.j.in.§. ſi vir vxori,
nu.138.cum aliis.ff.de acquiren.poſseſsio.Pala. Ruuios in repet.ſ.
per veſtras.§.xij.qui eſt.§.ſi.nu.30.de donati.inter vir.& vxorem.

21 Vigeſimoprimo fallit, in cauſa appellationis: nam exceptio ex-
cuſsionis non poteſt opponi. Ita tenet Alex. in con.lxxxiij. inci-
pienti in cauſa.in prin.lib.vj. quem ſequitur Deci. qui hoc expreſ-
ſe tenet, in d.l.ſi ego.nu.29.ff.ſi cert.peta.

22 Vigeſimoſecundo limita, quando creditor alias eſset debitor fi-
deiuſsoris, & vellet vti compenſatione: quia hoc caſu fideiuſsor nõ
poteſt dicere, excutias primo debitorem principalem, ſed poteſt co-
gi per creditorem ad faciendum ſecum compenſationem abſq; alia
excuſsione facta contra principalem. Ita ſingulariter dixit Bal. in
l.exceptione.in ver.dicendum eſt.C.de euictio.quem ſequitur Bar-
ba.in c.peruenit.de fideiuſ. Hippo.in repe.Rub.ff.de fideiuſ.nu.n.

23 Vigeſimotertio limita non habere locum, quandocunque fideiuſ-
ſor ſuccedit debitori tanquam hæres: quia tunc extincta eſt obli-
gatio fideiuſſoria, & tenetur ipſe fideiuſsor vt principalis, & non
habet locum beneficium excuſsionis. Ita probat tex.in l.fideiuſso-
res, et ibi Ang.et doc.C.de fideiuſ.& ita tenet Hip.in d.rub.nu.10.

## REGVLA CCCXXXVI.

FIDEIVSSOR non poteſt agere contra principalem debito-
rem vt eum liberet ante quam ſoluat. Hanc reg. probat tex.in l.
ſi pro ea.C.manda.& in l.Lucius Titius.ff.eod.tit.& in c.ſi. de fi-
deiuſ. De iure regio probatur in l.viij.tit.xviij.lib.iij. fori: & in
l.iiij.tit.xij.par.v. Et circa hanc reg.vltra Docto.in ſupra dictis
locis vide Nicol.Bello.in.§.ſi quid autem.nu.3. Inſtitu. de fideiuſ.
Hanc regulam cum quatuor limitationibus ponit Socin. in reg.
cxlviij.

cxlviij. & eam limitat quatuor modis tex. in d.l. ſi pro ea. & tribus modis limitat tex. in d.c.ſi.& ibi gl.in verbo, ſi diu.addit aliũ caſum, Quatuor etiam caſus ponit glo.in.§.ſi quid autem. in verbo, ſoluerit. Inſtitu.de fideiuſſo.Quinque caſus ponit glo.in d.l.Lucius Titius.in verbo condemnetur. Alios quatuor caſus ponit tex.in d.l.viij.fori:& ibi Montal.in glo.addit alios quatuor caſus. Quinque caſus ponit text. in d.l.xiij.titul.xij.par. v. & ibi Montal.in glo.addit alios tres caſus. Octo limitationes ad hanc regul.ponit Mathæ.de Affl.in conſti.Neap.lib.3.rub.xij.nu.11. Et tredecim ponit Hippo.in repet.Rub.ff.de fideiuſſo.nu.216. Ac quinq; modis limitat Ioan.Cora.in repe.l.frater a fratre.§.quæſitum eſt.num. 88.ff.de condit,indeb.

## REGVLA CCCXXXVII.

Fideiussor ſoluens pro Reo, habet contra eum mandati actionem. Hanc regul.probat text.in.§.ſi quid autem. Inſtitu. de fideiuſſo.& in l.ſi fideiuſſor.C.manda. & in l. ex mandato.§.j. & in l.inter cauſas.§.is qui.ff.eo.& in c.ij.& iij.de fideiuſ. De iure regio probatur in l.8.ti.18.li.3.fori:& in l.xj.& xij.par.v. Circa quã regulam vide vltra Doct.in ſupra dictis locis.Docto.in l.ſemper.ff. de reg.iur.Ludo.Bolo.in repe. rubricæ.nume.28.ff.ſi cer.peta. & Antonium de Petrucia in repe.l.j.nu.187.ff.de iureiurand. Ratio iſtius regulæ eſt:quia fideiuſſor videtur habere mandatum a Reo de ſoluendo, vt in l.indebitam.ff.de cond.indeb.cũ enim Reus mandauerit ſibi, vel paſſus eſt vt fideiubeat, videntur & alia mandata quæ ſequuntur, vt in l.qui procuratorem.ff.de procur.& glo.in d.l. indebitam.

1 Amplia primo hanc reg. ſiue fideiuſſor ſponte ſoluerit, ſiue coactus per iudicem, vt in l.idem quoque.§.fideiuſſores.ff.manda. etiã ſi talis ſolutio coacta eſſet indebite facta. Ita tenet Bal. in l.venditor.§.ſolet.per illum tex.ff.de hæred.vel act.vendita. vbi dicit, ꝙ fideiuſſor iniuſte condemnatus qui fecit quicquid potuit ne condemnaretur, habet actionem contra principalem debitorem pro quo fideiuſſit. nam ſatis eſt ei quod fuit condemnatus ſine dolo ſuo: & in totum iſtud negotium principaliter pertinet ad debitorem. idem firmat Abb.in conſ.lx.incipi.quoniam ſatis abunde col.j.vol.i.vbi dicit ꝙ hoc probatur in l.exceptiones.ff.de exceptio.& hanc opi. tenet ibi Bar.adducit etiam tex.iuncta glo. in verb. iudicium.in l. nam & Seruius.ff.de nego.geſt.facit quod not.Hippo.qui hoc tenet in repe.rub.de fideiuſ.nu.186.

2 Amplia ſecundo, vt non ſolum talis fideiuſſor habeat actionem contra principalem ad recuperandũ debitũ principale, verum etiã ad recuperandum damna & intereſſe. Ita expreſſe tenet Abb.in d. conſi.lx.col.j. vbi dicit, ꝙ fideiuſſor poteſt agere contra mandatorem ſeu fideiuſſorem: nedũ pro ſorte principali quã pro eo ſoluit,

ſed

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſed etiam ad damna & intereſſe. Pro qua opin.eſt tex.in c.peruenit.in verſ.alioquin de fideiuſſ.& facit quod habetur in l.inter cauſas.in.§.impendia.& in l.quæ mutuum.in fi.ff.manda.& ita tenet Bal.in l.conſtitutionibus.C.de vſur.Hippoly.vbi hoc declar. in repe.d.Rubr.num.191.De iure regio eſt tex.pro iſta opinione in l.xj.titu.xviij.libr.iij.fori.

3 Amplia tertio in tantum procedere ſupradictam regulam, ꝙ ſi principalis negauerit fideiuſſorem fideiuſsiſſe pro eo de mandato ſuo, & fideiuſſor contrarium probauerit, poterit recuperare a principali debitum duplicatum, Ita probat tex, in d.l.xj.tit.xviij.libr.iij.fori.

4 Amplia quarto adeo procedere, ꝙ ſufficit confeſsio creditoris dicentis ſibi ſatisfactum eſſe a fideiuſſore, ad hoc, vt ipſe fideiuſſor poſsit agere contra principalem. Ita expreſſe tenet Bar. per quatuor fundamenta de quibus ibi per eum, in conſ.clx.incip.titius promiſit.& ibi Additionator eius. Sal, Pau.de Caſtr. Roma.nu.1.Alex.& Iaſ.nu.9.in l.duobus reis.in.§.j.ff.de iureiur.& ibi Pau.de Caſtr. dicit, ꝙ ita conſuluit in ciuitate Florentiæ: motus ex fundamentis Bar.in d.ſuo conſilio: & motus etiam ex eo quod voluit Barto.in l.aſsiduis.C.qui potiores in pignor.habean.vbi dicit, ꝙ mulier quæ ſolum habet inſtrumentum confeſsionis dotis, poteſt agere contra tertios poſſeſſores bonorum, ſicut ſi inſtrumentum contineret veram numerationem: quamuis glo.ibi teneat contrarium. Et pro hac parte conſuluit Fran. Tigrinus, vt referunt Alex.& Iaſ.in d.l.duobus.& refert etiam Alexand.ibi, ſe pro hac parte bis conſuluiſſe.& ita conſuluit in conſ.xc.nu.3.vol.iiij.& in cõ.cxxiij.vol.vj.Cæpol.in conſ.xij.in conſiliis ciuil.Dec.in l.ij.in.§.fi.ff.ſi certum pet.& in conſi.ccccxciij.nu.6.Matth.de Affli.in deci.Neap.q.nu.3.& in deci.xciiij.nu.3.dicit, ꝙ ita communiter tenetur: & in decif.cl.nu.35.& hanc opinionem veriorem & communiorem eſſe firmat Hippo.in repet.d.Rub.nu.265. Eandem opi.tenet Fel.in c.ſi cautio, nu.89.de fide inſtru. Tiraquell.in tract. de vtroque retractu: in tit.de retractu (Lignagier.) glo.xvj.nu.84.& in titu.de retractu conuentio.glo.vj.nu.17.Alciat.in l.ſolutionis.ver.in fi.ff.de verb.ſignifi.& in l.j.in fi.C.de tranſact.& hæc eſt vera & communis opinio, vt ſupra dixi. Licet aliter teneat glo.quam ibi ſequitur Bart. ſibimet contrarius, in.l.duobus reis.in.§.in fideiuſſore.in verbo, ſolutionis.ff.de iureiu.& in l.& per iuſiurandum.in.§.antepenul.ff.de acceptila.& in l.cum filius.in fi, prin.ff.de verb.obliga.& in l.reos.in v.q.ff.de duobus reis. Roma.in l.prædia.ff.de acqui.poſſeſ.Fulgo.in d.l.duobus reis.Carol.Molinæ.in aditio.ad Alex.in d.conſ.xc.nu.3.vbi refert Alexand.in aliquibus conſiliis tenere hanc ſecundam opinionem.

5 Amplia quinto, ꝙ ſi prędictus fideiuſſor eſt de iudicato ſoluendo poſt quam executio facta eſt contra eum & ſoluit pro principali, ipſe etiam viam exequutiuam habet contra principalem: & poteſt

contra

contra eum agere via exequutiua, & impettare executionem ſine proceſſu ordinario. Caſus eſt valde ſingul. in l. fi. in fi. C. de vſu. rei iudic. ibi, quia per medium fideiuſſorem ſtatim pecunias perſoluere compellebatur, & ibi, & ipſe reum coercebat ad inuitam ſolutionē. ita tenet Bar. Bal. & Ang. ibi. Bar. & Ang. in l. j. in fi. ff. iudica. ſolui. Hippoly. in repeti. Rubri. ff. de fideiuſſo. nu. 362. Roderi. Xuarez, vbi hoc notab. declarat, in l. l. ij. tit. (de los emplazamientos.) lib. ii. fori. §. ſed pone quæſtionem. nu. 22. fol. 185. col. ij.

6 Amplia ſexto, vt fideiuſſor poſſit ſoluere de bonis, & ſubſtātia ipſius rei pro quo fideiuſſit. Ita probat tex. notabi. in l. ſi procuratorem. in §. ſi ignorante. ff. manda. ibi, ex ſubſtantia debitoris ſoluere, & ibi Bar. illū text. ad hoc notat. & in Auth. qua in prouincia. in fi. C. vbi de crimi. agi opor. facit etiam tex. in Auth. ſi captiui. C. de epiſ. & cler. vbi elegāter dicit tex. quod ille qui alium redimit. ſi habeat de ſuo, ponat de ſuo: alias poteſt vendere bona redimēdi cauſa iſtius captiui. Per quem text. ibi Bal. nu. 6. dicit & limitat ſupra dictam ampliationem eſſe veram, quando fideiuſſor non habet vnde ſoluat: & timet ne ponatur in carcere, nā tunc poteſt vendere bona principalis & ſatisfacere, vt in d. §. ſi ignorantes, ſed ſi fideiuſſor eſſet ſoluendo, non poteſt vendere bona principalis. quod dicit eſſe notādum ad limitationem text. in d. §. ſi ignorantes, & ita hanc ampliationem intelligit Roderi. Xuarez in d. l. ij. tit. (De los emplazamientos) lib. ij. fori. in §. ſed pone quæſtionē. nu. 25. Hippoly. in d. repe. Rubri. ff. de fideiuſſo. nu. 364.

1 Limita primo hanc regulam, quandocunque fideiuſſor pro inuito fide iuſſerit. Vt in l. ſi remunerandi. in §. ſi paſſus. & in l. ſi procuratorem. ff. manda. De iure regio probatur in l. xii. titu. xii. partita v.

2 Limita ſecundo, quando quis fideiuſſit animo donandi. Vt in d. §. ſi paſſus. Et probatur de iure regio. in d. l. xii. tit. xii. par. v. Et tunc licet exceptiones, & nōnulla commoda competant fideiuſſori ex perſona rei l. ex perſona. ff. de fideiuſſo. & l. tam mandatori. C. eod. tit. hoc tamen caſu non proderunt niſi ſpecialiter aliud eſſet actum, vt probat tex. qui etiam probat hanc limitationem, & ibi gl. in l. quod dictum. ff. de pact. & ita per ſupra dict. tex. hāc limitationem poſuit Ludo. Bolo. in repet. Rubr. ff. ſi cert. pet. a. nu. 21.

3 Limita tertio, quādocunque fideiuſſor fideiuſſit in rem ſuam. Vt probat tex. in d. l. ſi remunerandi. in §. ſi paſſus. ibi. ad ſuum negotium gerens. Exemplum: quando quis fide iuberet pro ſuo procuratore in iudicio, qui poſtea fuit cōdemnatus. & pro eo ſoluit, vt per glo. ibi. Et ratio quare tunc non repetat eſt. quia ſua nō intereſt: nam ipſe principalis tenebatur procuratori, ſi ipſe procurator ſoluiſſet de ſuo: ideo non poteſt habere regreſſum contra procuratorem. argu. eius quod dicitur in l. vendicantem. C. de euictio. De iure regio probatur in l. xii. tit. xii. par. v.

4 Quarto limita, ſi hoc actū ſit vt non agat: puta quia periculo ſuo fideiuſſit. Vt in l. ſi remunerādi, in §. Maurus. ver. Marcel. ff. māda.

5 Quinto limita, ſi quis fideiuſſerit ad inſtantiam eius qui promiſe
rat aliquid contra bonos mores: puta facere furtū, aut aliquid dam
num dare: nam tunc licet fideiuſsio non teneat, vt in l. ſi a reo. in §.
fi. ff. de fideiuſſo. tamen ſi ſoluat non poteſt repetere. Vt in §. illud
Inſti. manda. & in l. ſi remunerandi, in. §. rei turpis. ff. eo. tit. D
iure regio tex. in l. xxv. tit. xij. par. v.

6 Sexto limita, ſi fideiuſſor non oppoſuit exceptionem, quam po
tuiſſet opponere: Vt in l. ſi fideiuſſor. ff. manda. Solet tamen fie
diſtinctio an exceptio ſit peremptoria, an dilatoria: vt in d. l. ſi fide
iuſſor, in. §. quædam & latius diſtinguunt doct. in d. l. ſi fideiuſſo.
Sali. in l. ſi pro ea. C. manda. Aretin. in. §. ſi quid autem. Inſtit. de fide
iuſſori. De iure regio eſt text. qui probat hanc limitationem, in l.
xv. titu. xij. part. v.

7 Limita ſeptimo, ſi fideiuſſor non oſtēdat reum eſſe liberatum ex
ſua ſolutione, vel caueat de eo defendendo ſi conueniatur. Ita pro
bat tex. in l. ſi ex duobus, in. §. quoties. ff. iudica. ſolui. vbi Bar. dici
illum tex. eſſe notandū ad hoc Iaſ. in l. additionibus ad Chriſtopho
rum, in. §. ſi quid autem. Inſtitu. de fideiuſſ.

8 Octauo limita, quandocunque fideiuſſor ſoluit ante diem: nam
tunc fideiuſſor non poteſt agere contra principalem niſi adueniē
te die. Ita probat tex. & ibi Bar. per eum in l. ſi mandauero tibi, in
prin. ff. manda. & ita per illum tenet gl. in l. ſi pro ea. in fi. C. eod.
tu. De iure regio probatur in l. xvi. in fi. tit. xii. par. v.

9 Nono limita, vbicunque fideiuſſor fideiuſsit pro aliquo de man
dato teſtatoris: & ſic grauat heredem, vt pro aliquo fideiubebat:
nam tunc intelligitur voluiſſe, quod ſi hæres ſoluat tanquam fide
iuſſor, non poſſit repetere ab eo pro quo fideiuſsit. Ita per l. tribus
heredibus. ff. de vſufruct. ear. rer. quæ vſu conſu. tenet Bald. in l. ſi
pro ea. C. mandat. & in l. j. in. §. ne autem. C. de cadu. tollen. Ang. in
l. ſi quis mandato. ff. de nego. geſt. Ludo. Bolo. in repe. Rubr. nu. 21.
ff. ſi cert. pet. Iaſ. in l. quod dictum nu. 10. ff. de pact. & in l. indebitū,
nu. 1. in j. nota. ff. de condi. indebi. & in l. ſi res obligata. nu. 2 i. ff. de
lega. j. Ripa in l. cū filio familias. nu. 14. ff. de lega. 1. Roma. in ſing.
dcccv. Didacus de Segura in l. ſi ex legati cauſa, nu. 75. ff. de verbo.
obliga, Iaſ. vbi ſublimitat hanc limita, in l. ſi fideiuſſor. num. 6. ff. de
legat. j. ſcilicet vt non procedat, quando fideiuſsio affert magnum
damnum ipſi hæredi, per d. Bal. qui hoc tenet limitando illum tex.
in l. vnica, in §. ne autem. C. de cadu. tollen. & illud dictum Bald. ſe
quitur etiam Anto. de Tremollis in additio. ad practicam Bonac
curſij: in Rub. quibus modis ſuo nomine, in prin. numero, 30, fol. m.
verſi. aduerte etiam, col. ij.

## REGVLA CCCXXXVIII.

Fideicommissi cōditionalis remiſsio ſeu renūtiatio ſim
plex, ipſum non tollit, nec extinguit fideicommiſſum. Hanc regu

lam

lam probat tex. in l. ſi ita ſcriptũ, in. §. ſi ſub conditione. ff. de legat. ij. & ita per illum tex. tenet Guliel. Benedict. in reper. c. Rainutius. in ver. ſi abſque liberis moreretur. el. ij. nu. 107. & 116. de teſta.

Hanc regulam limitat ſex modis, vbi ponit rationem huius regulæ, & eam notabi. examinat Guliel. Benedictus in d. cap. Rainutius, in dicto verbo, ſi abſque liberis moreretur. el. ij. num. 116. cum alijs.

## REGVLA CCCXXXIX.

FIDEICOMMISSVM ex futuro euentu pendẽs poteſt per pactum remitti. Hanc regulã probat text, & ibi Barto. & Docto. in l. j. C. de pact. glo. in l. ſi ita ſcriptum, in. §. ſi ſub condicione. ff. de legat. ij. & in c. Rainutius. de teſtamen. Circa quam regulam vide Guliel. Benedict. in repet. d. cap. Rainutius. in verbo ſi abſque liberis moreretur. el. ii. nu. 105. cum alijs. de teſtament. vbi aſsignat rationem huius regulæ.

Hanc regulam ampliat quinq; modis & limitat alijs quinq; modis Franc. Purpura. in l. j. a nu. 9. vſque ad nu. 49. C. de pact.

## REGVLA CCCXL.

FILIA per ſtatutum a paterna ſucceſsione excluſa non retinet iura ſuitatis. Hãc regulam ponit Bar. in l. j. in. §. ſciẽdum. ff. de ſuis & legi. here. nu. 2. & in l. j. §. pater. ff. de coniungen. emancipat. liberis. Bal. in l. maximũ vitium. in fine. C. de libe. præt. vel exhered. Rom. in l. apud Iulianum. in. §. idem Iulianus, nu. 52. ff. ad Trebell. & in l. ventre. ff. de acqui. hęred. nu. 10. Alex. in conſi. cxxxi. lib. j. Iaſ. in l. ſi emancipati. nu. 34. C. de colla. & in l. ſi arrogator nu. 20. ff. de adoptio. Decius in l. iura ſanguinis. ff. de regul. iur. Maturinus Montanus in Auth. de hæredibus ab inteſt. veniẽ. pagi. 34. in fi. ver. cæterum dubitari poteſt, collat. ix.

Hanc regulam limitat quinque modis, vbi notabi. eam examinat, Alber. Bru. in tracta, ſtatutorum, in x. artic. princip. in iij. quæſt. nume. 1. cum ſequen.

## REGVLA CCCXLI.

FILIATIO ex ſola nominatione non probatur in extraneis. Hanc regulam probat tex. in l. non nudis, & in l. non epiſtolis. C. de probat. gl. in c. Michael. de filijs, presby. & in c. per tuas. de ꝓbat. & in c. illud de præſump. & in c. trãſmiſſæ, & in c. per tuas, qui filij ſint legiti. Circa quam regulã vide quę dicam in regula ſequẽti.

Amplia primo procedere, quod nec in præiudicium tertij præſumptionem faciat. Ita concludit Iaſ. in conſil. lxxxj. nu. 2. vol. j. & in conſi. cij. col. j. vol. iij.

1 Limita primo, quando ex antiquo ſic nominatus eſſet. Vt eſt gl. & ibi Doct. in c. cum cauſam de proba. Barb. in conſi. vj. nu. 1. lib. ij. Deci. in conſi. cxxxv. ad iuſtificationem. Petrus Rebuffus in tra-cta. nominationum. in prin. nu. 4.

2 Limita ſecundo, quo ad legitimationem: Vt in Auth. ſi quis li-ros. C. de natura liberis. Albert. in l. non idcirco. C. de iuris & fa-cti igno Alex. in conſi. cl. lib. v. Giliel. Benedic. in repe. c. Rainutius in ver. & vxorem. nu. 204. Petrus Robuffus in d. q. v. nu. v. vbi hi-limita. declarat. Mar. Mant. notabi. in Apophthegma. 100. Iaſ. in l. neque profeſsia. nu. 4. C. de teſtamen.

3 Tertio limita, fauore libertatis: vt pote ſi dominus ſcienter nomi-nauerit ſeruum ſuum filium, tūc efficitur liber. Vt in §. fina. Inſtit. de adoptio.

## REGVLA CCCXLII.

FILIATIO non probatur ex ſola nominatione parentum, niſi alia adminicula concurrant. Hanc regulam probat tex. & ibi gl. in c. ex tranſmiſſæ, qui filij ſint legi. & in c. per tuas. de probat. & gl. etiā communiter approbata in l. non epiſtolis. C. de probatio. & hanc opi. dicit eſſe cōmunem Deci. in d. c. per tuas. nu. 28. Licet gl. in d. c. Michael. de fili. presbyt. teneat quod ſtetur nominationi, donec probetur contrarium, quam glo. ſequitur. Bal. in d. l. non epi-ſtolis in ij. notab. & in l. neque profeſsio. C. de teſta. & in c. vnā. de ordin. cog. ſed gl. in d. c. per tuas. ad hoc allegat ſupra d. tex. in d. c. per tuas. & debet intelligi ſecundum illum, ſcilicet quandocunque alia concurrunt, vt ſupra dixi.

1 Limita primo, niſi talis nominatio magis eſſet conueniens filio quam extraneo, vt eſt datio alimētorum, & traditio alicuius rei ad alimenta: ex hoc erit conſtitutus in quaſi poſſeſsione filiationis. Ita Bar. in l. j. in §. idem per contrarium. ff. de libe. agnoſc. quem ſequi-tur Ant. de Butr. Deci. & Aret. in d. c. per tuas. Iaſ. in conſi. cij. vol. iiij. Iacobi. de S. Georg. in l. quidam quaſi. nu. 3. ff. de proba. Andr. Tiraquel. in tract. de vtroque retract. in tit. j. §. j. gl. xvi. nu. 6. Paris. vbi allegat quam plures Doct. in conſi. x. nu. 50. vol. j. Licet con-trariū, teneat Abb. in d. c. per tuas. num. 7. de probatio per tex. in Clem. ſi ſummus Pontifex. in ij. reſp. de ſenten. excom. cui reſpon-dent Docto. ſupra allega.

2 Secundo limita, niſi nominato facta ſit directe in iudicio. Vt in l. j. in. §. Iulianus. ff. de libe. agnoſ. ita Panor. in d. c. per tuas. num. S. de probatio. quem ibi ſequitur Deci. nu. 32. Pariſi. in conſi. x. nu. 47. lib. 1. Idem dicunt ſi nominatio facta fuit extra iudicium directe nominato præſente: ſecundum ſupra dict. Doct. argu. tex. in l. cer-to, in. §. ſi quis abſente. ff. de confeſs.

3 Tertio limita, quando nominatio facta eſt incidenter, filio nomi-nato præſente: quia tunc filiatio probatur. Ita tenet Arē. in d. c. per tuas,

tuas, quem ſequitur ibi Feli. nume. 12. pro quo facit tex. in d.l. quidam quaſi ff. de probatio. Deci. vbi hoc notab. declarat, in d.c. per tuas, numero 34.

## REGVLA CCCXLIII.

FILIATIO probatur ex ſolo tractatu de alieno tāquam de filio, etiam ſi non nominetur. Hanc regulam ponunt Docto. in l. quidam quaſi. ff. de probat. gl. pen. & ibi Ant. & Doct. in c. ex tranſmiſſæ. qui filij ſint legit. Bar. in l. 2. ff. de libe. agnoſ. & in l. j. in. § ad quæſtio per illum tex. ff. de queſt. Angel. de Peru. in l. vxorem. ff. de manumiſ. teſta. Abb. & Doct. in c. per tuas. de probatio. & ibi Feli. nu. 13 Circa quam rgulam vide Bart. in l. filium definimus ff. de his qui ſunt ſui vel alien. iur. vbi ponit practicam quomodo filiatio probetur. Lud. de Sardis in tracta de natura. libe. in. §. de filiationis probatio. Iaſ. in l. nec profeſsio. C. de teſtam. & in conſil. cij. lib. 4. in conſi. 81. lib. j. Alex. in conſ. cl. lib. 5. Pau. Pari. notab. in conſi. x. libro 2. Iacob. de Sanct. Georg. nota, in d.l. quidam quaſi. vbi etiam ponit quomodo filiatio probetur.

Hanc regulam ampliat duobus modis Feli. in d.c. per tuas, num. 13. & 14. de probationibus.

## REGVLA CCCXLIIII.

FILIVS natus in domo pręſumitur eſſe mariti. Hanc regulam probat tex. in d.c. per tuas de probat. et in l. filium definimus ff. de his qui ſunt ſui vel alie iur. in l. ſi vicinis C. de nuptiis. in l. miles. in §. defuncto ff. de adulte. De iure regio probatur in l. ix. titu. xiiij. parte 3. & in. l. 7. in fi. tit. 2. part. 4. Circa quam regulam vltra Doct. in d. c. per tuas. vide docto. in c. tranſmiſſæ. qui filii ſint legit & in cap. officii. de pœniten. & remiſsi. Pala. Ruu. in repet. Rub. de dona. inter virum §. lx. nu. 12. Io. de Zauiza. in Sylua nupt. ibi j. nume 85. And. Alc. in tract. de pręſumpt. reg. 3. preſum. 38. Nico. Boer. in deciſi. ccxcix. Pau. Pari. in conſi. x. nu. 1. Marc. Mantua in repe. l. tranſigere. nume. 24. C. de tranſact. Alber. Brun. in conſi. xv. in cōſiliis feudalibus

Amplia primo, etiam ſi talis mulier ſoleat aliis commiſceri, Ita probat text. in d.l. miles, in. §. defuncto. & ita per illum. tex. tenent Abb. & doct. in d.c. per tuas. Bal. in rub. C. de ꝓbat. & in l. ſi matre C. de ſuis & legi. & in l. ſi. C. de cōmu. ſer. man. An. de Per. in l. ſeptimo menſe. ff. de ſtatu ho. Pau. Caſt. in l. 3. ff. de liber. & poſthu. Crē. in ſing. cxxvi. Pala. Ruu. in d. §. lx. nu. 12. Marc. Man. in d.l. tranſigere nu. 24. Io. de Neuiza. in d. nume. 85. Curt. Iun. in conſi. 31 col. 2. Hippo. in l. j. in. §. ad quęſtionem nu. 84. ff. de quęſt. Ange. de Claua. in Summa, in verbo, adulterium. §. v. Nico. Boer. in d. deciſi. ccxcix. nume. 3. Et ſic ſupra d. regu. & ampliatio procedit quo

cunque modo filius concipi potuerit ex marito, vt in d.l. ix.tit.4.
parte 3.& ſic non refert vtrum mulier fuerit publica meretrix vel
receſſerit a viro ſi probetur aliquo tempore maritum cum ea habi-
tare. Ratio eſt quia ſemper in dubio interpretatur fauore filiorum.
ita tenet Abb.in d.c.per tuas,nu.1.& in c. tranſmiſſæ nume. 9. qui
filii ſint legit.& in c.intelleximus,nume.7.de adult.Pau.Pari,no-
bi.in d.conſi.x.nu.5.

2 Amplia ſecundo vt procedat nedum per viam ſimplicis præſum-
ptionis, verum etiam per præſumptionem iuris & de iure, vnde non
poterit probari contrarium. Ita Pau.de Caſt.in conſi.cclxxv.volu.
1.Barba.in conſi.50.nu.2.volu.2.vbi referunt ſe ita conſuluiſſe.Hip-
po.in d.§.quæſtionum nu.36.

Quam ampliationem Alcia. in d.tracta.ſpræſumpt.dicit non eſſe
ſimpliciter veram, in d.reg.37. nu. 2. & contra eum expreſſe tenet
Pari.in d.conſi.x.nu.42.vbi dicit ꝙ eſt coniecturis,indiciis,& præ-
ſumpt.poteſt probari contrarium.

3 Amplia tertio vt procedat, etiam in concubina retente in domo,
quia præſumitur filius eius qui eam concubinam retinet,non autem
alterius.Gloſ.eſt not.in c.Michael.de fil.preſby.in verbo,cōtine-
rit quam ſequūtur Abb.& cæteri Doct.in d.c.per tuas.idem Abb.
in d.c.trāſmiſſæ.qui filij ſint legi.Pala.Ruui.in d.§.lx.nu.11.Nicol.
Boe.in d.deci.299. nu.2.Quam ampliationē quadrupliciter decla-
rat.Alc.in d.reg.xxxvii.nu.3

4 Amplia quarto, etiam ſi tam mater quam maritus negarent,et di-
cerent natum ex adulterio. Vt eſt gl.in l.ſi poſthumus.in §.fi.& ibi
gl.& Doct.ff.de libe.& poſthu.& in d.c.tranſmiſſæ.in verbo,indi-
ciis.qui filij ſint legi.Pro qua opinione eſt tex.in d.l. filium defini-
mus.& in.l.fin.in fi.iuncta gl.ff.de Carbo.edicto.& in c.per tuas &
ibi Abb.nu.4.et Doc.de probat.Alex.in l.nec poſſeſsio.C.de teſta-
men.Alcia d.præſump.37.nu.6.Nicol.Boer.in d. deci. ccxcix.nu.
6.Marc.Man.in apoptheg.110.Paris.conſi,x.nu.14.lib.1.Ex quo
reprehenditur quidam filius regis qui credens dicto matris renun-
tiauit regno.de quo.per Doct.in l.ſi vicinis.C.de nupt.per Bar.&
Iacob.de Arenis in d.l.filiū definimus. per Iaſ. in l.Gallus.nu.56.
ff.de libe.& poſthu.per Io.de Neuiza in d.Sylua nupt.lib.5.nu.56.
Quæ ampliatio procedit quandocunque filius non habet conſcien-
tiam læſam ex dictis matris, quia nullo modo vult credere matri.ſe-
cus autem ſi filius habet conſcientiam leſam ex dictis matris, quia
tunc debet credere matri & omnia bona reſtituere, alias faceret cō-
tra conſcientiam & ædificaret ad Gehennā, vt in c.literas de reſti.
ſpol.ita tenet Hoſt.quem ſequitur ibi Abb.nu.4.in c.officij.de pœ-
niten.& remiſsi.idem Abb.& Præpo.in c.veniens.q.pen.de eo qui
duxit in matri.Alcia.in d.reg.xxvii.nu.6.Iacob.in l. Imperatores.
nu.9.ff.de prob.Quod tamen intelligo verum niſi aliter iſte filius
viuere non poſsit, quia tunc poſſet capere vitæ neceſsitatem, maxi-
me alijs quibus debetur non exiſtentibus in tanta neceſsitate.ita te-
net

net Syluest. in ſumma, in verbo, adulterium. num. 4. in fi. & tunc talis filius debet proponere ſatisfacere ſi ad pinguiorem peruenerit fortunam. Verumtamen eſt quod talis filius de bonis conſumptis bona fide durante, non tenetur, ſecundum Hoſtien. ratio eſt, quia tunc erat bonæ fidei poſſeſſor, vt in l. certum. C. de rei vendica. ſed tunc dicit Hoſtien. quod mulier iſta tenetur reſtituere conſumpta per filium putatiuum.

Sed eſt dubium an dictus filius poſt completam præſcriptionem debeat facere conſcientiam de ſucceſsione in bonis, ſi probetur vel ſibi conſtet non eſſe legitime cõceptum? Ange. in Summa. in verb. adulterium. §. vj. & ibi Syluest. nu. 3. in fi. tenet ꝙ non. Pro quibus eſt glo. in c. vigilanti. in ver. nouerit. & in c. fi. in gl. fi. de preſcri. vbi probant, quod ſi poſt completam præſcriptionem ſuperueniat ſcientia rei alienæ, qui eſt tutus præſcriptione, non tenetur ad reſtitutionem in foro conſcientię. ſimilis eſt glo. in c. ſi virgo. in verb. poſsidere. xxxiiij. q. 2. & in regula poſſeſsor. in gl. j. de regu. iur. lib. 6. et in c. fures. in gl. j. xiiij. q. vj. & in c. j. in glo. verbo. repellendi. de cõceſsion. præb. Hãc tenet Bal. in d. c. vigilanti nu. 3. & ibi Abb. nu. 6. Felinus. 11. idem Abb. in c. fin. nu. 37. de præſcript. & in c. quia plerique nu. 25. de immu. eccle. pro qua opinione eſt tex. in l. j. in §. fin. cum l. ſequenti ff. de itinere actuq; priua. vbi dicit text. ꝙ nec corrumpi nec commutari poteſt quod recte transactũ eſt ſuperueniente delicto. Et hanc opinion. ſequitur Ang. Aret. in §. fin. nu. . Inſtit. de vſucapio. Petrus Rebuff. in tracta. de pacificis poſſeſsio. pagi. 2. nu. 8. Alcia. in Rub. de præſcrip. nu. 1. & in c. nouit. nu. 35. de iud. & ibi Deci. num. 11. Ioan. Oldendo. in tract. de vſucap. in 3. par. nu. 4. Ang. de Peru. in repe. l. 1. nu. 5. C. de iudi. vbi in nu. 65. dicit hanc eſſe communem. Pala. Ruu. in repe. Rub. de donat. §. lxv. nu. 25. Chaſſan. in conſuetu. Burgund. in ru. (Des foreſtz.) Rub. xiii. §. 3. fol. 177. col. 2. nu. 24. & hanc opin. dicit eſſe comm. de Imo. in d. c. fina. nu. 30. de preſcrip. tam Legiſtarum quam Canoniſtarum. Quæ eſt etiam comm. Theologorum, vt tenet Syluest. in Summa, in verbo. preſcr. el j. nu. 13. Ang. de Clauaſio in Sũma. in ver. preſcr. §. 45. vbi dicit ita tenere Scotũ in 4. Senten. diſtin. 15. Io. de Medi. in tracta. de reſtit. q. 18. Conradus in tract. de contractib. q. xi. Archie. Florentin. in Summa, in 2. par. ti. j. c. 15. Licet contrarium teneant Anto. de But. & alii doct. quos ipſe allegat in c. fi. de preſcrip. Quem opi. ſibimet contrarius conatur defendere Alci. in repetitio. l. quinque pedum. nu. 15. C. fin. regun.

5 Amplia quinto, etiam ſi filius natus nõ aſsimilaretur marito, ſed eius adultero. Aug. tex. in l. ſi. in. §. pen. ff. ad munici. facit tex. in l. ꝙ ſi nolit. in. §. ſi mancipium. ff. de ædil. edict. & quia iſtud potuit contingere propter cogitationem mulieres tempore conceptionis, vt per glo. in l. quęret aliquis. in glo. fi. ff. de verb. ſign. ita conſuluit Pau. de Caſt. in d. conſi. cclxxv. Facit quod notant Iaſ. & doct. in l. Gallus. in fine prin. ff. de libe. & poſthu.

6 Amplia ſexto, etiam ſi prædicta mulier fuiſſet per longum tempus ſterilis cum tali marito. Ita tenet Abb. in d. cap. per tuas in princip. quem ſequitur Andr. Alcia. in d. præſumptio. 37. Felin in d. c. per tuas nume. 1.

1 Limita primo non procedere, quando maritus tempore conceptionis non eſſet habilis vel potens ad coeundum propter aliquam infirmitatem, vel aliquod impedimentum. Ita probat text. in d. l. filium definimus. in fi. & tenet Abb. in d. c. per tuas nu. 3. Nico. Boe. in d. deciſi. ccxcix. nu. 3. Feli. & doct. in d. c. per tuas. & in d. l. filium definimus. & in l. Gallus. in prin. ff. de liber. & poſthu. Præpo. in c. tranſmiſſe. col. j. qui filii ſint legitimi. Ale. in conſi. lxxviii. nu. 7. & 9. vo. 7. Par. in d. conſi. x. nu. 36. & nu. 78. lib. 2.

2 Limita ſecundo, quandocunque mater adulterabat cum alio, et filius claudus vel cęcus natus fuerit, nam tunc pręſumitur potius ex adulterio quam eſt coniugio conceptus. Ita expreſſe tenet Barba. in c. in pręſentia numero 98. de probat. quem ſequitur Hippo. in ſingu. 530. Quæ limitatio merito reprobatur. per Didacum Couarru. in 4. Decreta. in 2. par. c. 8. §. 3. nu. 8.

3 Limta tertio quandocunq; maritus eſſet tãto tempore abſens ut veriſimiliter potuiſſet credi attenta natura, filium ex alio genitum, vt in d. l. filium definimus. & in d. l. 9. ti. 14. par. 5.

4 Alias limitationes circa hanc regulam vide per docto, in locis ſupra allegatis.

## REGVLA CCCXLV.

Filius regulariter puniri non debet pro delicto patris. Hanc regulam probat tex. in l. 2. in. §. nullum patris delictum innocenti filio pœnę eſt. ff. de decurio. & in l. crimen. ff. de pœn. & in l. ſancimus. C. eo. tit gl. quæ allegat plures concordantia in d. §. nullum. probatur etiam per totam. l vi. diſtin. facit glo. in l. ſi quis ſuo teſtamento. C. de inoffi. teſta. De iure regio probatur in l. ix. tit. 5. lib. 4. fori, & in l. 9. ti. 31. par. 7. Et circa hanc regulam vide Feli. in addi. ad Abb. in c. ius generale colum. quinta in fin. prima diſtinct. Archidiac. in cap. qui bona, num. 15. xvii. quæſtio. 1. D. de Couarru, in lib. 2. variarum reſolutionum cap. viii. Io. Igne. in l. ſi de pluribus, numero 23. ff. ad Syllan. Matthę. de Afflict. in conſtit. Neapol. lib. 1. rubrica 2. numero 70.

Amplia hanc regulam idem eſſe econtra, nam pater etiam pro delicto filij puniri non debet. Vt in d. l. ix. titu. v. libro. iiij. fori, & in d. l. ix titu. xxxi. parte ſeptima, & ibi gloſſ. vbi etiam aliæ perſonæ enumerantur.

1 Limita primo hanc regulam, non procedere in crimine lęſæ maieſtatis, Vt eſt text, expreſſus in l, quiſquis C, ad l, Iuli, maieſtat. in §. filij

§.filii vero, & in l.2.ti.2.& in d.l.9.tit.31.par.7.glo.in d.l.2.§.nullum.ff.de decu.tex.in c.ſi quis.§.filij.vero 6.q.1.

2 Limita ſecundo,non procedere in crimine hæreſis. Vt in c.quicunque,de hęret.lib.6.§.hęretici autem.& in c.vergentis.eo.titu.et in Auth.Gazaros.C.de hęret.gl.in c.cum ſecundum leges.in verb. ipſo iure.de hære.libr.6. & ibi Doct. Licet de iure regio aliter ſit diſpoſitum,vt in l.7.titu.7.par.6.& in l.6.titu.24.& in l.2.& 3.tit. 26.par.7.ſcilicet quod filij hęreticorum poterant ſuccedere in bonis parentum,etiam poſt condemnationem. Sed ſupra dictæ leges Partitæ hodie ſunt correctæ per ſupra dicta iura Canonica,quibus ſtandum eſt cum ſit crimen eccleſiaſticum,cap.vt officium.§.ſtatuimus.de hęret.lib.6.not.Abb.in cap.1.de officio ordin.& ita expreſſe tenet Pala.Ruuios,in repe.capitu.per veſtras.§.14.incip.ſed pulchrum eſt videre.de donat.inter virum & vxo.eandem opin.vbi mirabiliter eam examinat,ponit D.Iacobus Septimancenſis in ſuo eleganti tracta.Catholicarum inſtitu.cap.9.numero 2.cum alijs.& quantum ad officia & dignitates quod filij puniantur in crimine hęreſi pro parentibus,eſt tex.in pragma.8.& 9.in pragma,antiquis.

3 Tertio fallit,in filio nato ex non iuſtis nuptiis,vel ex fornicatione,vel ex damnato coitu,nam propter delictum patris,ipſe non ſuccedit patri,& eſt incapax bonorum patris. Vt in Auth.ex complexu.C.de inceſt.nupt.& in Auth.quib.mod.natu.offic.ſui.§.vlt.colla.7.& ita expreſſe tenet Pau.Grillan.in tract.de hæreti,q.3.nu. 5.facit ꝙ ſupra dixi in reg.150.& infra in reg.366.

7 Limita ſeptimo, quandocunque clericus in minoribus conſtitutus haberet beneficium tempore quo habuit filium, nam tunc ille filius non dicitur naturalis, nec poteſt legitimari per ſubſequens matrimonium. Ita concludit Bart. in d. l. in concubinatu. nume. 5. ff. de concubi. ſequitur Ludoui. de Sardis in tract. de legitimatione in 2. par. queſtio. 3. cap. de legitimatione per verum matrimonium. nume. 17. Anto. de Roſellis in tracta. de legitimatione, lib. 1. c. de cauſa materiali legitimationis. nume. 3. Hanc etiam opinio. tenet Pala. Ruuios in l. 11. nume. 15. in ll. Tauri. & in l. 9. nu. 39. & in repe. c. per veſtras. in 3. notabili. §. 21. nume. 21. Ciſuentes in l. 12. Tauri. nume. 16. Præpo. in c. per venerabilem. in §. quod autem. nu. 12. qui. fil. ſint legi. ſed ſi clericus iſte non haberet beneficium, licet eſſet in minoribus conſtitutus, filius eſſet legitimatus per ſubſequens matrimonium. Contrarium tamen, imo quod etiam ſi clericus in minoribus ordinibus conſtitutus habeat beneficium, filius legitimatur per ſubſequens matrimonium, poſt longam diſputationem concludit Ioan. Andræ. in regula, ſine culpa. numero 3. verſi. primo ego probabo. de regu. iur. lib. 6, quem ſequitur Bal. in c. 1. in. §. naturales. ſi de feudo fue. contro. inter domin. & agnat. in vſibus, feudo. & ibi expreſſe Matthę. de Afflict. in 5. notab, num. 38. hoc tenet. Hanc etiam opi. tenet Anto. de Bur. in d. cap. tanta. & ibi expreſſe Prępoſi. poſt longam diſputationem, in 6. q. nume. 12. & 13. idem Præpo. in c. per venerabilem. in. §. quod autem, nume. 12. eod. tit. vbi remitiit ſe ad ea quę dixit in d. c. tanta. gloſſ. in pragma. ſanctio. in titu. de concubinaris §. ipſas. in verb. arcere. Nico. de Vbal. in tracta. de ſucceſſio. ab inteſtato. nume. 60. & tenet expreſſe, Ioan, Brunel. vbi eam latiſsime examinat, in tracta, de ſponſalibus, in 2. concluſione, nume. 26. Et pro hanc opinione vltra plura fundamenta adducta a ſupradictis doctor. facit, nam matrimoniũ cõtractum a clerico beneficiato in minoribus conſtituto cum concubina, valet & tenet, licet amittat beneficium c. 1. & c. quod a te, de cleri. coniuga. ſi ergo

go.matrimonium valet, & tempore conceptionis vel natiuitatis po
terat contrahere cum concubina, filii dicuntur naturales, & ſic le-
gitimantur ex ſubſequenti matrimonio. facit text. in l. 11. in legi-
bus Tauri.

8 Octauo fallit, quandocunque nobilis matrimonium contraxit
cnm uili et ruſtica, vel cum meretrice, nam ex tali matrimonio filij
non legitimantur. Ita tenet Ang. in Authen. quibus modis natura. ef
fici. legi. in princ. nume. 1. & in. §. ſed illud, nume. 4. vbi dicit habuiſ
ſe iſtam quęſtionem de facto, quod quando mulier eſt viliſsimæ cō
ditionis, & maritus nobilis & diues, inter quos honeſte matrimoniū
eſſe non poteſt, filij non legitimantur per ſubſequens matrimoniū.
Hanc opinionem tenet Bald. in Authen. item ſi quis. C. de natu. li-
be. & in l. 2. C. quibus res iudicata non nocet. Præpoſit. in d. c. tanta.
numero 27. Martinus Laudenſis in tracta. de legitimatione. nume.
158. Cæpola in cautela 150. incip. debes ſcire Curtius Iunior in cō
ſil. 136. numero 10. Hanc opinio. dicit eſſe communem, & ab ea nō
recedendum in iudicando & conſulendo, cum non habeat contra-
dictorem, Maria. Soci. Iunior in conſi. 52 numero 2. vol. 1. eam etiā
communem dicit Syluester Aldobrandinus in d. §. fin. nu. 11. Inſti.
de nuptiis. pro qua opi. eſt tex. in d. Auth. quib. mod. natu. efficiam
legi. in. §. ſed aliud. in verſic. nec dignam eam exiſtimauit legitimo
quodam nomine. & ibi expreſſe Ange. vt ſupra dixi. Hanc etiam
opi. tenet Rui. in conſilio 111. numero 5. & 6. libro primo, Gerar. de
Petra ſancta in ſing. 60.

Contrariam tamen opi. tenet expreſſe Nicola. de Vbaldis in tra-
cta. de ſucceſsio. ab inteſta. nu. 61. & 62. quā opi. reprobando ſupra
dictam tenet Iaſ. in conſi. 234. vol. 2. col. 1. in verſi. ſed præmiſsis nō
obſtantibus, vſque ad fi. Ripa in repe. l. ſi nunquam. C. de reuocād.
donatio. numero 55. Pala. Ruui. in l. 1. numero. 32. Tauri. Pro qua
opi. facit, nam aut Ang. pręſupponit matrimonium tenere cum tali
muliere, prout ipſe videtur præſupponere per rationem tex. in d. c.
tanta conſiderantis an tempore coitus potuerit eſſe matrimonium
& nihil aliud, certe filij antea nati legitimantur per ſubſequens ma-
trimonium, & per regulam traditam per Io. And. in d. reg. ſine cul
pa. in Mercurialibus, prout refert Anto. de Butrio in d. cap. tanta.
vbi dicit, quod eſt quocunque coitu natus, legitimatur per ſubſequēs
matrimonium, dummodo tempore coitus potuiſſet eſſe matrimo-
nium inter virum & mulierem, eo caſu quo legitimus conſenſus in-
teruenisſet, vnde de iure canonico talis filius legitimatur, quicquid
forte aliud diſponatur per ius ciuile. Aut Angelus preſupponit matri
monium cum tali muliere non tenere, & tunc licet de iure ciuili il
lud poſsit procedere, quia prohibitum eſt matrimonium inter tales
l. Imperialis. C de nuptiis. & l. humilem. C. de inceſtis & inutili.
nupt. tamen de iure canonico, quod ſequendum, c. penul. & c. fina. ta
le matrimonium tenet. Pro qua opinione facit quod ſupra dixi in
18, amplia. Facit etiam, nam matrimonium etiam cum meretrice,
&

& perſona ignominioſa contrahi poteſt, vt in cap. integritas in.§. fina.& in cap.non eſt culpandus.32. queſtio. 1.in c. inter opera.de ſponſa.in cap.quemadmodum.verſicu.alioquin. de iu. iur. in l.3. in .§.ſi emancipatus.ff.de contra tab.in l.ſi vxor.in.§.ſed ſi ea & in §. fina.ff.de adulter. & in l.cum ita. & ibi Barto. ff. de condit. & demonſt. Et pro iſta opini. dicit Nicolaus de Vbaldis, vbi ſupra, facere quod notat Ange.in Authen.vt liceat matri & auię. in.§.quia vero legem dum protulimus.colla.8.vbi expreſſe dicit hęc verba, numero 10.& inter alios caſus nota de eo qui vult legitimare filios ex eo natos, & ex muliere uili aut meretrice, quia non poteſt, niſi inſtrumenta dotalia ſequantur.ſentit ergo Ange. a contrario ſenſu, quod ſi ſint inſtrumenta dotalia, poſſit cum huiuſmodi muliere vili aut meretrice contrahi matrimonium, per quod filij ante ſuſcepti legitimetur. Vnde concludendum eſt quod matrimonium contractum cum perſonis uilibus teneat, & proles antea ſuſcepta legitimetur. Pro hac opinione facit etiam quod notat Bal.in l.eam quam numero 24.C.de fideicommiſ. vbi dicit, quod per matrimonium cõſequenes omnes poſſunt legitimari, præter vulgo conceptos, eo quia pater eſt incertus. Et hanc etiam opinionem tenet Deci. in conſi. 155.numero 1.in 1.col. Lauren. Syluanus in conſi. 3. numero. 44. Et non obſtat.text.in text.in d §.ſed & aliud.in quo ſe fundat Ange.vbi ſupra, & cęteri Doctor.quia text.ille loquitur in vulgo.concepto, qui vt ſupra dixi in 4.limitatione, non legitimatur ex matrimonio ſubſequenti. Et pro iſta opinioue eſt text.de iure regio in l. 1.titu.13.parte 4.ſupra allegato in 12.ampliatione, & text.in l.7. titu.2.ead.parte, vbi text.dicit.(y aun ha otra fuerca el caſamiento ſegun las leys antiguas, quæ maguer la muger fuere de vil linage ſi caſare con Rey, deuenla de llamar Reyna.) Et ſic præſupponit tex.ille ꝙ mulier ignobilis poteſt cõtrahere matrimonium cum nobili, & etiam cum rege, & matrimonium ualet, ſi ergo matrimonium valet, filij antea habiti, bene legitimantur. Et hanc opinionem contra Angelus vbi ſupra, tenet Pala. Ruuios in repeti.cap. per veſtras in 3.notabi.§.20.numero 17.verſiculo, ex his etiam reſultat.& Gulielmus Caſsiadorus in deciſio, vnica, numero 6.in tit. de ſponſalibus,

9 Nono fallit quandocunque filius non conſentit in legitimatione, quia inuiti non legitimantur. Vt eſt text.in.§.generaliter, in Auth. quibus modis natura.effi.ſui.colla.7.ibi, dum & filij hoc ratum habuerint, & ibi expreſſe Iacobus de Bellouiſo, & Ange.numero 7. Guliel.de Cugno, Alberi.Fulg.& Pau.de Caſtro.in l.benignius.& ibi Bal.ff.de legibus. Martinus Laudenſis in tract. legitimatione, numero 160. Ludoui.de Sardis in tract.de naturalibus libris. c.de requiſitis in legitimatione, nume. 2. Nicol.de Vbaldis in tract.de ſucceſsio.ab inteſtato.libro 1.numero 64.Anto.de Roſellis in tract.de legitimatioue, cap.de cauſa formali legitimationis, numero 11.Angelus, in.§.fin, numero 9. Inſtit, de nupt, Gulielmus Mayne. in d.

l.quoties

l.quoties idem.nume.97.ff.de reg.iur.Lauren.Sylua. in conſi.1.nu-
me.37.Ange.per text.ibi,in Authen.quibus mod.natu. effi. legi.in
.§.1.& pro iſta opin.eſt tex.in l.inuiti.ff.de his qui ſunt ſui vel alie.
iur.Eandem opinionē.tenet expreſſe.Nicola.Boer. in deciſio.160.
nume.2.& 3.Matthę.de Affiict.in.cap.1.§.naturales. in quinto no-
tabili,numero 16.ſi de feudo ſue.controuerſia inter domi. & agnat
Vaſſalli.Aretinus in l.Gallus.§.forſitan. numero. 46. ff.de libe.&
poſthu.& ibi Soc.numero 5.Ioann. Brunellus in tracta. de ſponſa-
libus,concluſione 2.numero 16.Barba.in repetitio.l. cum acutiſſi-
mi.numero 251.C.de fideicomm. Contrariam tamen opinionem
tenet Angel.in conſil.107.numero 5. col. 2.verſicu. hodie autem.
vbi tenet, quod in legitimatione quæ fit per ſubſequens matrimo-
nium,non requiritur liberorum conſenſus, fundat per ſe tex. in.§.
ſit igitur licentia. & ibi glo. in verbo, fraudare.in Authen.quibus
mod.natu.effi.legi.colla.6.quam opinionem tenet etiam Salice.in
diſputatione incipien. Mediolanenſis quidam.in 2. dubio, artic.
3.Prepo.in dicto cap.tanta.quæſtio. 13. numero. 23. & in capi.per
venerabilem in.§.quod autem, numero 17.verſiculo octauus mo-
dis. Couarru.in Epitome de ſponſalibus, in 2.parte, cap. 8.§.1.
numero 13.& Pala.Ruuios in repet.cap.per veſtras. in 3. notab.§.
20.numero 17.in fine,verſiculo, item infertur. Montaluus in glo.
l.2.titu.6.libr.4. fori. & eam videtur tenere Pariſius in conſil.13.
numero 36.volu.2. Sed nihilominus prima opinio videtur mihi
magis vera, imo quod non ſolum in legitimatione quæ fit per re-
ſcriptum,ſed etiam in legitimatione quæ fit per ſubſequens matri-
monium, requiritur filiorum conſenſus, vt patet ex text.in d.
.§.generaliter.iuncto text.in.§. reliqui igitur, & in.§.ſi quis igitur.
in dicta Authen.quibus mod.natu.effi.legi.colla.6. nam ſupra Im-
perator poſuit plures modos legitimandi,inter quos eſt iſte per ſub
ſequens matrimonium, poſtea autem per modum regulę dicit, &
generaliter in omnibus qui per prę, dictos modos deducuntur ad
legitimum ius,tunc hoc volumus obtinere dum & filii hoc ratum
habuerint.Nam ponderando illud verbum,prædictos modos appa-
ret quod refert ſe ad modum legitimandi per ſubſequens matr.mo-
nium,quem modum ſupra retulerat in dicto.§. & in d.§.ſi quis igi-
tur dotalia. relatum enim cenſetur eſſe in referente cum omnibus
qualitatibus,l.aſſe toto.ff.de hære.Inſtit.& Authē.ſi quis in aliquo
documento,C.de æden.cum aliis.

Nec obſtat text. in quo ſe fundant ſupra dicti Doctor. in d.§.ſit
igitur licentia. in verbo, fraudare, quia licet tex.ille innuat quod
pater poſsit contrahere matrimonium & legitimare filios,ſi filij nō
occultarent matrem, & per conſequens facere eos legitimos ip-
ſo iure, non tamen per hoc tollitur quin ius legitimationis quæ-
ſitum filiis, non poſsit extingui ſi filij expreſſe nolint eſſe le-
gitimi.

10 Decimo limita,quod ad hoc vt talis legitimatio procedat per ſe-
quens

quens matrimonium, requiruntur inſtrumenta dotalia de iure ciuili:
alias illis non confectis, filij non legitimantur. Ita probat text. in
§.fi.& ibi gl.in ver.inſtrumentis. Inſtit. de nup. vbi gl.allegat a-
lia quam plura iura quæ hoc probant. Hanc opi.tenet Bal.in l.cum
multę.col.j.C.de donatio.ante nup.& in l.nec filium.C.de nup. &
in l.eam quam.nu.27.C.de fideicō.Ang.in l.cōtrahitur.ff.de pigno.
Ioan.Brunel.in tract.de ſponſa.conclu.ij.nu.14. Quæ opinio de
iure canonico non procedit: quia de iure canonico valet matrimo-
nium,& filij legitimantur ſine dotalibus inſtrumentis: vt eſt glo.ſin
caliter in ver.contubernia.xxx.q.v.Abb.in d.c.tanta.in j.nota.
& ibi doct.vbi dicit,quod ita communiter tenetur.fundant ſe doct.
per tex.in d.c.tanta.ſcilicet propter vim & potentiam matrimonij.
matrimoniū autem non requirit niſi conſenſum ad eius perfectio-
nem, ad cuius eſſe non requiritur inſtrumentum dotale. Eandem
opi.tenet Ang.in.§.fi.nu.8.Inſtit.de nup.Iaſ.in conſi.clxviij.nu.7.
lib.iij.Dec.in conſi.clv.nu.2.vbi dicit hāc eſſe com.opi. idē Dec.
in l.iura ſanguinis.ff.de reg.iur.Hippol. in ſing.ccl. Matth.de Af-
fli.in c.j.in.§.naturales.in v.notab.numero.17. ſi de feud.fue.con-
tro.inter domi.& agna.in vſi.feud.Ant.de Roſellis in tract.de legi
timatione.c.de formali cauſa legitima.nu.5.Quam opin.dicit Abb.
vbi ſupra cōmuniter Legiſtas tenere. Ang.in conſi.xxix.nu.6.
tenet ſupra dictam opin. Abb. eſſe veram quo ad hoc vt filij legiti-
mētur,quia in hoc attenditur ius canonicum: ſed ad ſucceſsionem in
quo attenditur ius ciuile, talis legitimatio ſine inſtrumentorum do-
talium confectione, non operatur quo ad bona exiſtentia in terris
Imperii.Sequitur Bal.in l.neque,la j.C.de nupt. & in l. ſi qua illu-
ſtris,verſi.item.C.ad Orphicia.Aluaro.in c.j.in.§.naturales, ſi de
feud.fue.controuer.inter domi.& agna. col. v. verſi. quæro quid ſi
filius.Cy.poſt Iacob.de Arenis in l.& ſi cōtra.C.de nup.& in l.fi.
C.de interdict.matri.Ang.in Auth.de inceſtis nupt.in.§.dubitatū.
poſt glo.ibi,in ver.confectione,colla.ij.in l. nuper.C. de natura. li-
be.eandem opi.tenet Prepo.in d.c.tanta.q.x.nu.20. verſ.deſcendo
ad tertiū.& Sylueſt.Aldob.in.§.fi.nu.15.Inſti.de nupt.Maria. So-
cin.iun.in conſi.liij.nu.4.vol.j.& hanc dicit eſſe com.Cur.iu. in cōſ.
cxxxvi.nu.7.& ab ea in iudicādo & cōſulēdo recedendū nō eſſe.
Contrariam tamen opinionem: imo quod non ſolum in terris ec-
cleſiæ,verum etiam in terris Imperij,quo ad ſucceſsionem filij legi
timantur ex ſubſequenti matrimonio,tenet expreſſe Alexā.in l.ex
facto,in §.ſi quis rogatus,nu.19.ff.ad Trebel.vbi reprobat Ang.in
d.conſi.Ratio eſt ſupra dixi: quia in materia matrimoniali ſtandū
eſt iuri canonico,etiam in terris imperij vt dicit glo.in §.1.Inſtitu.
de nupt.& in.§.1.in glo.1.Inſtit.de gradi.late docto. moderni, in l.
priuilegia.C.de ſacroſanctis eccle.& in d.c.per venerabilē,qui fi-
lij ſint legit.tex.& ibi Archidia.in c.euphemium,in.§.hinc colligi
tur.ij.quæſtio.iij.Felin.in Rubric.de ſponſa.nume.6.verſi. octauo
in cauſa matrimoniali, & ideo communis opinio eſt, quod nullis

confectis

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

confectus inſtrumentis dotalibus, per ſubſequens matrimonium fi-
lij antea nati legitimantur: ut in d.c. tanta. vbi non requiruntur ali-
qua dotalia uel nuptialia inſtrumenta, & generaliter & diſtincte lo-
quitur. Hanc opinionem tenet Cynus in d.l. nuper. C. de natura. li-
be. Ioan. Andr. in regu. ſine culpa, in Mercurialibus : regu. iur. li.
vi. Salicet. in l. cum quis, & in Authen. ſi quis habens. C. de natu-
ra. liberis. Ioan Faber in §. final. Inſtit. de nupt. nume. 2. Felin. in c. j.
num. 12. de ſponſ. Ang. in §. fina. nume. 8. Inſtitu. de nupt. ubi dicit,
quod cum in tali caſu attendatur ius canonicum, hoc debet etiam ſer-
uari in terris Imperij. Iaſ. in l. ſed & quæſitum, col. penul., ff. de libe.
& poſthum. & in l. generaliter. §. cum autem. col. penult. C. de in-
ſtit. & ſubſtitu. Coruaru. in epitome de ſponſal. 9. part. c. 8. §. ij. nu.
8. Et eam dicit communem, & ab ea in iudicando, & conſulendo re-
cedendum non eſſe, Deci. in conſi. clv. num. 2. Car. Ruin. in conſi.
ccxi. nu. 5. lib. j. & conſi. xiij. nu. 46. cum alijs. lib. ij. Laurent. Silua.
vbi latiſsime eam examinat in conſi. iij. nu. 30. cum ſequen. Guliel.
Mayne. d. l. quoties idem, a num. 17. vſque ad nu. 22. ff. de regu. iur.
Bartho. Fumeus in ſua Summa Armilla : in verbo, filius. §. xj. vbi
dicit ita communiter practicari.

21 Limita vndecimo, ſi mulier illa non ſit in ſchemate concubinæ
domi retentæ. Vt in Authent. quibus modis natura. efficia. ſui. in. §.
ſi quis autem defunctus, in Authent. de triente, & ſemi. in. §. conſide-
remus. verſicul. & hoc dicimus in concubinæ, collatio. vij. & trail-
la iura ad hoc vltra doctor. ibi, allegat Anto. de Roſellis in tractat.
de legitimatione, lib. j. c. de cauſa materiali legitimationis : nu. 45.
& dicit communem Curt. Iunior in conſi. cxxxvi. nu. 9. Quæ opi-
nio de iure canonico non procedit : imo etiam ſi mulier non ſit re-
tenta in ſchemate concubinæ, filij antea nati legitimantur per ſub-
ſequens matrimonium, de iure canonico contra ius ciuile : ita ex-
preſſe gloſſ. in ca. innotuit, de electio. & ibi compoſtel. Ioan. An-
dre. Imol. Panorm. & communiter docto. Goffredus in Summa, de
filij presbyte. verſi. quid ſi quis. glo. in c. qualis. xxx. quæſt. v. Abb.
in d. c. tanta, nu. 12. & in c. per venerabilem. nu. 31. qui filij ſint legi-
ti. pro qua opinione eſt tex. in d. c. tanta; ubi ad hoc ut filius dica-
tur naturalis, & legitimetur per ſubſequens matrimoniũ, non ſe fun-
dat ſuper concubinatu: ſed indiſtincte propter potentiam matrimo-
nij legitimat ante genitos. Nec debemus attendere ad concubina-
tum : quia expreſſe damnatus eſt de iure canonico: c. nemo. xxxij.
q. iiij. imo de iure ciuili, per tex. in cap. j. de filiis natis ex matrimo.
ad Morganicam contract. in vſibus feu. & dicit Hoſtien. in d. c. tan-
ta. quod hodie de iure ciuili omnis coitus eſt reprobatus præter v-
xorium per tex. in Authen. de lenonibus, collatio. iij. & in Authen.
ſcenicas mulieres, collatio. v. & in Authent. de inceſt. nup. colla. iij.
& in ſimilibus, in quibus Imperator dicit, quod eſt amator caſti-
tatis : & quod in iſtis ſpiritualibus vult ſequi canonum diſpoſitio-
nem; ut in Authent. de eccleſiaſti. titul. collatio. ix. alias ex opinio-

ne

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ne contraria ſequeretur, quod magis faueretur peccato diutino, & continuo, quam momentaneo: quod non eſt dicendum. ut in c. fin. de conſuetudi. & capit. cum haberet, de eo qui duxit in matrimo. quam polluit per adulter. & cap. cum eccleſia. de ſimo. cum ſimilibus. Et hanc opinionem tenet Bald. in conſi. cxxix. volum. ii. & in conſil. ccxv. col. fina. libr. iij. Ioan. Brunellus in tracta. de ſponſa. concluſione ij. nu. 27. D. de Couarruias in Epitome de ſponſa. in ij. parte cap. viij. §. iiij. numero 2. & Gulielmus Mayner. in d. l. quoties idem, numero 12. Prępoſit. in d. c. tanta, num. 6. Aymon Crauettus in conſil. clxvi. numero 8. vol. i. Nicola. de Vbaldis in tracta. de ſucceſsio. ab inteſta. in 1. parte. numero 58. & expreſſe Syluest. Aldobrandinus in. §. fina. nu. 12. Inſtitu. de nupt. Iaſ. in conſi. §. col. iij, verſi. extat ergo ex prædictis uera concluſio. vol. iij. Ripa in repe. l. ſi unquam. C. de reuocand. donatio. nu. 55. Rodericus. Xuarez in l. j. tit. vi. libro iii. fori: folio 83, pagi. 2. Pro qua opinio. eſt tex. de iure Regio. in d. l. xi. Tauri.

12 Duodecimo limita non procedere, quandocunque matrimonium non eſt contractum in facie eccleſiæ: nam ad hoc ut filij legitimentur, requiritur quod matrimonium in facie eccleſiæ contractum ſit? Et eſt text. in Authent. quibus modis natura. effician. legi. in §. ſi uero etiam, & in. §. ſequenti. colla. vi. & in capit. cum inhibitio. de clandeſti. deſpon. facit tex. & ibi doctor. in cap. ex tenore, qui filij ſint legit. & ita expreſſe tenet per dict. iura Matth. de Afflict. in c. 1. in. §. naturales, in v. notab. nume. 32. ſi de feudo fuerit controuer. inter domi. & agna. Maria. Socin. Iunior in conſi. xxxi. num. 46. lib. 2. & ibi ſupra dicti Doctor. ponunt quando matrimonium dicatur contrahi in facie eccleſię. Eandem opinionem tenet Hoſtien. in Summa, de clandeſti. deſponſa. §. fi. colum. iij. verſic. ſecus puto. & in Summa, qui filij ſint legiti. §. 2. Ioan. Faber in. §. fi. Inſtitut. de nuptiis. Auguſt. Berous in quæſtio, cvii. numero 1, cum ſeq. vbi ponit rationem.

13 Decimotertio fallit, quando concubina ex qua filius genitus fuit erat Sarracena, Iudęa, uel alias infidelis: nam tunc filius non legitimatur ex ſubſequenti matrimonio. Ratio eſt: quia nec tempore cōceptionis nec natiuitatis poterat inter parentes legitime contrahi cōiugium? Vt in c. caue. xxviii. q. 1. & in c. ius gentium. 1. dict. Tradit hoc Couarru. in Epitome de ſponſali. in ij. par. c. vi. §. xi. Iaco. Septimaçenſis in lib. Catholicarum inſtitutionum: ca. xl. nu. 7. & ſic cum inter eos non poſsit contrahi matrimonium, filij non legitimantur, tenet Hoſtien. Ioan. Andræ. Anto. Abb. nu. fi. Præpoſitus nu. 11. in d. c. tanta: ubi reprobant opinionem Calderini, qui contrariam tenuit. Hanc etiam opinionem tenet Ciſuentes in l. xij. Tauri. nu. 15. Guliel. Mayne. in d. l. quoties, idem, nu. 10. Ioan. Brunel. in tracta. de ſponſalibus, concluſione 2. nu. 28. ubi reprobat Anto. de Roſellis qui contrarium tenuit in d. tract, de legitimatione, libr. 1. c. de cauſa materiali legitimationis, nu. 28.

Decimo-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

14 Decimoquarto limita, quod talis legitimatus ex ſubſequenti ma-
trimonio, non tollat ius primogenituræ iam nati: ſtante conſuetudi-
ne quod primogenitus ſuccedat in maioratu: vt ſi aliquis habuit
ex aliqua concubina filium naturalem, & poſtea duxit vxorē, ex
qua ſuſcepit filium legitimum & naturalem: poſtea mortua vxo-
accepit concubinam in vxorem, & ſic filius eſt legitimatus ex ſu-
ſequenti matrimonio: iſte filius ſic legitimatus non excludit a ſuc-
ceſsione maioratus ſecundo natum legitimum. Hanc opi. tenet Io.
Andr. vbi eā examinat poſt Richar. Malum. in regul. ſine culpa.
de reg. iuris, lib. vi. quem ſequuntur Henricus, Cardina. & Anchar.
nu. 12. in d. c. tāta. Iaſ. in l. quoties. nu. 40. C. de rei vend. & in l. Gal-
lus. in. §. & quid ſi tantū, in j. lectu. nu. 89. ff. de liber. & poſthu. & ibi
Alex. col. fi. & ibi Lancel. Galia. nu. 80. Albe. in l. cum quis. C. de
natura. li. & ea dicit communem Ciſuentes in l. xl. Tauri: in prin.
Caſtillo in l. xii. Tauri. num. 20. & ibi Pala. Ruuios nu. 18. Hanc
opinionē, vbi eam latiſsime examinat, tenet Carol. Molinæ. in Cō
ſue. Pariſi in tit. j. §. viij. gl. j. quæſt. vij. nu. 34. cum ſeq. Io. Cirier. in
tracta. primogenitu. q. xiiij. vbi eam per totam q. examinat. & Ni-
col. Boeri. in deciſio. : lx. nu. fi. Maria. Soci. Iuni. in conſi. lij. num. 7.
lib. j. Alber. in l. cum quis. C. de natur. libe. Cur. Seni. in cōſi. lxxij.
nu. 29. verſi. ſexto ex capite. Hanc etiam opi. vbi adducit octo fun-
damenta, & ad omnia quæ pro contraria parte adducuntur reſpon-
det, tenet Ioan. Brunel. in d. tract. de ſponſa. in. ij. concluſio. num. 31.
cū aliis. Alex. in cōſi. xxv. nu. 2. lib. j. Tiraquel. in repet. l. ſi vnquā,
in verbo, ſuſceperit liberos. nu. 64. idem Tiraquel. vbi refert plures
alios docto. eam tenentes. & quam plures tenentes contrariam par-
tem, in tract. de primogenitura. q. xxxiiij. per totam. Et pro iſta
opi. vltra ea quæ ipſe tradit, eſt text. expreſſus in d. c. tāta: vbi dicit
ꝙ filius eſt legitimus poſt matrimoniū contractum: ergo præſuppo-
nit quod antea vere legitimus non erat: & ſic primogenitus ex ma-
trimonio, eſt primogenitus cenſendus: cum eo tempore quo ipſe na-
tus fuit, nullus erat primogenitus, & ita illum textum ad hoc notat
Alcia. lib. iij. Paradoxorum: c. xiij. quem ſequitur Sylueſt. Aldob.
in. §. fi. nu. 14. Inſtit. de nup. Item pro iſta opin. facit: nam legitima-
tio non trahitur retro in prçiudicium alicuius: vt eſt text. in Auth.
quibus modis naturales efficiantur legiti. in. §. liceat, & in. §. & hoc
licet, colla. vi. & in l. ſi mulier diuerterit. ff. ſoluto matrim. & ita con-
cludunt doct. in d. §. & quid ſi tantum. & iſti ſecundo legitime nato
ſtatim fuit ius quæſitum probabili ſpe: vt videre eſt in c. quamuis,
de reſcri. lib. vj. igitur in tanto præiudicio nō debet fictione iuris le-
gitimatio iſta ad natalia deduci. Quæ opi. eſt tenēda per iſta & alia
fundamēta quæ adducūt doc. ſupra relati. licet multi quē ipſi referūt
contrariū teneant: per tex. in l. cū quis, C. de nat. libe. ibi, gratias age-
re fratribus ſuis poſteriores debeant, quorū beneficio ipſi ſunt iuſti
filij. ſed tex. ille loquitur qñ filij ſunt ex vna & eadem matre: ſupra
dict. quæſt. quando ſunt ex diuerſis matribus: & ſic non obſtat.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## REGVLA CCCLI.

FILIVS non poteſt vocare patrem in ius ſine venia. Hanc regulam probat tex. in.l.fi.C. de in ius vocan. & in.l. parentes.ff. eo.ti gl.in.§.pœnales in verbo. vel parentem. Inſtit. de actio. De iure regio probatur in.l.iij.tit.2.par.iij. Circa quam regulam.vide Catellia.Cottam in Memora.iuris,in verbo filius.

Hic reg. limitat duobus modis Bernar.de Luco in reg.ccxciii. remittendo ſe ad Iaſ.in.§.pœnales.nu.60. Inſti.de actio.

1 Amplia primo,procedere in filio naturali.Ita probat tex.in d.l. parentes. & in d.l.iij.tit.2,par.iij.

2 Amplia ſecundo procedere, etiam in patres ſiue matres ſpirituales,ſcilicet qui eos leuant de ſacro fonte. Ita tenuit Guliel. de Cugno.Paul.Bal.Ang. & Rom. Alex.& Iaſ.in.l.generaliter.ff.de in ius vocan. Ang.& Fulgo.in.l. adoptiuum,per illum text.ff.eo.titu. Paul.Fräc.in c.poſtremo,col.pen.de app.Ang.& ibi Iaſ. & Gome. nu.14.in d.§.pœnales.Inſti.de act.Guliel,Benedictus in repe. cap. Rainutius.in verbo,& vxorem nomine Adelaſiam,nu.765.Tiraq. in repe.l.ſi vnquam.in verbo,ſuſceperit liberos,nu.18.

3 Amplia tertio,habere locum in filijs adoptiuis: nam patres in ius non poſſunt ſine venia vocare. Vt probat text.in.l. adoptiuum,& ibi doct.ff.de in ius vocan.Ratio eſt: quia appellatione patris.& filij,cõprehenduntur etiam adoptiui. Hanc etiã opinionẽ tenent doc. contra gl. ibi,in.§,ſed ea omnia. Inſtitu. de hæred. quæ ab inteſta. Guliel. Benedictus in d. verbo, & vxorem nomine Adelaſiam,nu. 744. Ludoui.Gome. in.§.pœnales,nu.24.Inſtit.de actio. Tiraquel. in d.verbo,ſuſceperit liberos,nu.21.Sylueſt. Aldobran.in.§.ſed hodie,nu.3.Inſti.de adoptio.

4 Amplia quarto,habere locũ in matre: Vt in.l.iij.in fi.ff.de in ius vocan. & in.l.fi.C.eod.tit.& in d.l.iii.titu.ii.par.iii. quod uide per Decium in l. fi.nu.3.C. de in ius uocan.

5 Amplia quinto habere locum , etiam ſi filius ſit in dignitate conſtitutus, vt miles: nam non poteſt vocare patrem in ius ſine venia. Ita probat glo.in.l.cogi.in verbo,contra obſequium.ff.ad Trebell. Ang.in prin.Inſtit,de patria poteſt.& in.§.item inutilis. col.fi. Inſtit.de inut.ſtipula. Syllueſt. Aldobra.in.§.ius autem,nu.21.Inſti.de patria poteſta. Iacobi. de ſancto Georg. in.l.adoptiuum.nu.8.de in ius vocan.Franc.Purpura.in.l.fi.nu.34. in tracta,quem fecit poſt lecturam illius.l.C.de æden.

6 Amplia ſexto habere locum, ſi filius implorat officium iudicis: Ita probat gl.in d.l.cogi.in.§.ſi pater.in verſi.contra obſequium.ff. ab Trebel. & in.§.pœnales.in gl.fi.Inſti.de actio.ita tenet Deci.in l.fi.in ij.not.& ibi Aret.C.de ęden.& Iaſ.& Purpura.nu.35.idem Iaſ.in d.§.pœnales,nu.97.& in l.j.nu.8.ff.de iuriſdict.omn.iud.Sylueſt.Aldobran.in.§.libertinorum,nu.20. Inſtit. de liberti. quamuis

ſidem Iaſ. dubitet de hoc in.l.nec quicquam. in §. vbi decretum.nu.
78. de offi.proconſ. & lega.

7 Amplia ſeptimo, ut non ſufficiat petere veniam niſi impetretur.
Ita probat glo.j.in.l.venia edicti.C. de in ius vocan. quam ſequitur
ibi Lancel.Deci.pro qua opi.eſt tex.in.§.fi.Inſti.de pœn. teme
tigan. in verſi.poſtulauerit, & impetrauerit. Et ideo ſi iudex de
gauerit, erit ſuperior adeundus: per tex.cum gl.in c.ſi religioſus.
electio. lib.vj. Non tamen exigitur expreſſa, ſed tacita impetratio
ſufficit, ſecundum Ioan. Fabr.in dicto.§.pœnales. argu.tex.in.l.li
bertis.la.ij.ff. de in ius vocan. Ludou. Gomezius in d.§. pœnales,
nume.7.

8 Amplia octauo in tantum procedere ſupra dictam concluſionē, vt
in hoc ruſticitati non parcatur. Ita tenent Salic. Areti.& docto.in
l.ij.C.de in ius vocan.pro qua facit dictum Bal.in.l.quicunque.col.
pen.C.de ſeruis fugi. verſic. & nota. vbi dicit, quod in his quę ſunt
contra ſpem honeſtatis, non parcitur ruſtico. ita etiam tenet Iaſ.in
l. ſi quis id quod.ff.de iuriſdict.om.iudi. Purpuratus in dicto tracta.
poſito poſt.l.fi.C.de eden.nu.29.

9 Amplia nono, ut huic tali iuri honorifico perſonę prædictę renun
tiare non poſſit. Ita concludit Alex.in.l.alia.in.§.eleganter.col.j.ff.
ſolu.matri.vbi reſpondit ad tex.in.l.quamuis.ff.de in ius vocan.qui
obſtare uidetur Purpura. in ſupra dicto tract.nu.34.

10 Amplia decimo, vt pœna ſit exigibilis, & proceſſus annulletur.
Ita concludit Cy. Alex. & doct.in d.l.ij.C. de in ius vocan. quam
opi.dicit eſſe communem Fran.Purpu.in d.tracta.nu.36.quãuis ipſe
contrarium teneat.

11 Amplia vndecimo, habere locum in patrono: nam libertus non
poteſt eum uocare in ius ſine venia. Vt in.l.j.& in.ij.ff.de in ius vo
can.cũ alijs. Purpur. vbi hoc notab. declarat, in d.tract.per totum.
& Iaſ.in d.§.pœnales.nume.60.Inſti.de act. De iure regio eſt tex.
in.l.iij.tit.ii.par.iij.

1 Limita primo, non habere locum in filio in poteſtate: nam talis
filius etiam cum venia non poteſt patrem conuenire. Vt eſt caſus in
l.fi.C.de in ius vocan.& in l.iij.tit.ii.par.iij.

2 Limita ſecundo, quandocunque filius agit tutorio nomine, & ſic
in cauſa pupilli: nam tunc poteſt vocare patrem in ius ſine venia.
Pro quo facit: nam libertus non poteſt uocare patronum ſine venia.
l. adoptiuum.§.patronum.ff.de in ius vocan.tamen ſi ſit tutor alicu
ius pupilli, poterit in cauſa pupilli vocare patronum in ius ſine ve
nia.l.quęſitum.ff.eod.tit. quia tunc non facit hoc ut filius, ſed ut tu
tor. Et hanc limitationem poſuit Sylueſt.Aldobran.in.§.dari autẽ.
nu.6. Inſti. qui teſta.tut.dari poſſ. & ibi probatur, quod filius fami
lias poſſit eſſe tutor. probatur etiam in l. filiusfamilias.ff. de his qui
ſunt ſui uel alie.iuris.

3 Limita tertio non procedere, quando filius vult intentare actio
nem criminalem contra patrem; quia etiã impetrata uenia non po

teſt.

teſt. Ita determinat glo. in d. §. pœnales. in ver. patronum. quam ibi ſequitur Gome. nume. 25. Inſtit. de actio. De iure regio probatur in l. ij. tit. ij. par. iij.

4 Quarto limita, quando filius eſſet natus ex patre, qui habebat duas vel plures concubinas: tunc filius natus ab vna de illis concubinis bene poteſt uocare patrem ſuum in ius ſine venia. Ita tenet Odofre. in. l. quique. §. prætor ait. nu. 3. ff. de in ius vocā. motus: quia tunc non dicitur filius naturalis, ſed ſpurius. Authen. licet. in verb. ſolo. C. de natu. libe. quem refert Iaſ. in d. §. pœnales. nu. 62. ubi reprehendit, & bene, ſupra dictam limitationem. Pro qua opi. contra Odofred. eſt tex. in l. xj. Tauri. Facit quod ſupra dixi in reg. cccl. in xj. limitatione.

5 Quinto limita, in caſibus, in quibus pater cogitur emancipare filium, de quibus in. l. ſi lenones. C. de epiſcopa. audien. Ita expreſſe tenet Petrus de Bellaper. in. l. fin. in princ. C. de in ius voc. quem ſequitur ibi Lancel. Deci. & ante eos tenuit gl. fi. & ibi Cy. in d. l. fi.

Contra quam limitationem tenet expreſſe Nicola. de Neap. in d. §. pœnales col. vij. Inſti. de actio. quem ſequitur Purpur. in ſupra dicto tracta. nu. 39. Cæpol. in cautela cxv. num. 3. Claudius de Seyſſello. in d. l. fi. num. . . C. de in ius vocan. & ibi Cur. Iun. num. 5. Pro qua opi. eſt text. in. l. ſed ſi hac. in. §. prætor ait. ff. de in ius vocan. vbi licet ex graui iniuria permittatur filio agere contra patrem etiam actione famoſa, tamen hoc debet cauſa cognita impetrari a prætore.

## REGVLA CCCLII.

Filii naturales faciunt deficere conditionem fideicommiſſi. Hanc regulam probat text. & ibi Barto. in. l. ex facto. in. §. ſi quis rogatus. ff. ad Trebel. & ibi gl. fi. ubi allegat tex. in l. generaliter. in. §. cum autem. C. de Inſti. & ſubſtit. glo. in c. in pręſentia. de proba. & in c. Raynaldus. de teſtamen. & ita concludunt docto. in. §. ſi quis rogatus. & Cano. in d. cap. in præſentia. præter Deci. qui in hoc reprobatur a Ripa in d. §. ſi quis rogatus. nume. 15. qui dicit hanc eſſe communem opin. Circa quam regulam vide Parīſium in repeti. d. c. in pręſentia. nume. 50. cum alijs Hierony. Gra. in conſil. xxix. num. 43. vol. ij.

Hanc regulam, ubi notabi. eam declarat, limitat octo modis Ripa in d. §. ſi quis rogatus, a nume. 15. vſque ad nume. 31. ff. ad Trebellia.

## REGVLA CCCLIII.

Filius familias, quamuis habeat liberam adminiſtrationē, non poteſt donare, Tex. eſt & ibi gl, vide allegat cōcordantes, in l.

contra iuris, in.§.ſi filius.ff.de pact. De iure regio probatur in l.iij. tit.iiii.par.v. Circa quam regu. vide Iaſ. in.l.nemo ex lege. num. 4.C.qui teſta.face.poſſ.& in l. iuſiurando.la.ij.in.§.procurator. nu. 4.ff. de iureiuran. Anton. Corſettum in repe. c. grandi. de ſuppl. neglig.præla. libr. vj. Tiraq. in tracta. de nobilitate. cap.xxxi. nume.35.

Hanc regulam limitat ſex modis Iaſ. in d.l. contra iuris.in.§. filius,num.7.ff.de pact.

## REGVLA CCCLIIII.

Filivs inſtitutus in primo gradu in totum vel in partem, licet ſit præteritus in ſecundo, teſtamentum non rumpitur. Hanc regulam probat text. & ibi doct. tenent per eum, in l.ſi poſthumos. in.§.quod vulgo.ff.de libe.& poſthu.

Hanc regulam, vbi aſsignat rationem, & limitat eam tribus modis, ponit Iaſ.in d.§.quod vulgo. a nu.1. vſque ad 6.

## REGVLA CCCLV.

Filivs legitimatus in uita patris aufert hęreditatem venientibus ab inteſtato. Hanc regulam ponit Bart. in.l. Gallus.in.§.& quid ſi tantum.nu.14.ff.de libe.& poſthu. quem ſequuntur ibi doct. De iure regio eſt tex.in.l.xij. Tauri.

Hanc regulã limitat quatuor modis Iaſ. in.l.Gallus.in.§.& quid ſi tantum.in ij.lect.nu.36.ff.de liber.& poſthu. & in j. lect.a nu.91. vſque ad nu.112.limitat eam viij.modis.

## REGVLA CCCLVI.

Filio in vita patris nõ debetur legitima. Vt eſt tex.in.l.j.§. ſi impuberi.ff.de colla.bono.& in.l.ii. in.§. interdum.ff. de vulga. & pupil. & in.l.lex Cornelia. & ibi Bal.eo.tit.in.l.fi.& ibi Bar.& Bal.ff.de libe.agnoſcen. idem Bal.in l. quanquam ad leg. Falci.C. ubi dicit quod legitima non debetur uiuo patre.gl.& ibi docto. in l. cum a matre C.de rei vendi.Bar. in Authen. ſi qua mulier.circa fi. C.de ſacroſan. eccle.Bal.in conſi.cclvij.nu.1.& 2.vol.iij. Licet cõtrarium teneat gl.in Aut.de hęredi.& falcid.§.ſi uero non implens. in uerbo,auferri.colla.j. Circa hanc regulam uide Alex.& doct. in d.l.lex Cornelia.Iaſ. & Doct.in d.Auth.ſi qua mulier.& in l.in ſuis.nu.8.ff.de libe.& poſth. & in l.is poteſt.nu.17. cum ſequen.ff. de acq.hær.Maria.Soci.Iun.in conſ.lj. num.4.vol.j.Ruy.in conſi. cxlix.nu.13.vol.iij.Pau.de Caſt.in conſ.lxxx.nu.3.vol.j.Carellia. Cottã in Memora.iuris,in uer.legitima. Dec.in cõſi.ccccxxxviij. nu.13.Pyrrhũ Engleber.in tract.de ſuitare.nu.8.Rolandin.Bono.in ſua Sũma teſtamentorum: Rub.xvj.nu.19.Aldobra.in.§.præterea. nu.

nu.53. Inſtit. quib mod.ius patriæ poteſta.ſolu. Fabian.de Monte in repe.Auth.nouiſsima num.78.C.de inoffi.teſtamen. Alber.Brunum in conſi.lxxx.nume.15.Chaſſanæ.in conſuetud.Burgun.in titu.(Des ſucceſsions.) Rub.7.§.2.fo.230.col. 2.numero 2.cum alijs. Abb.& docto.in c.Raynut.de teſta.Marc.Mant.in reper.d.Auth. nouiſsima pag.23.verſic.2.dubitare contingit.Guiel Benedict.in repet.d.c.Raynutius in ver.in eodem teſtamento.el 1.nume.215.Bertrand.in conſi.clxxxiiij.nu.2.volu.1.ſecundæ impreſsi. & in conſi.xcv.nume.4.volum.2.primæ impreſsi. Thom. Gramma. in deciſ.cj.nu.61.& 65.

1 Amplia primo procedere, quod ſi pater vendat diſsipando bona, non poſſunt petere filij vt iudex cogat patrem aſsignare legitimā vel aliquem fundum. Ita tenet Bal.notab.in l.non poteſt in 1.lectu. ff.de adoptio.& ante eum Specu.in titu.de executione ſententiæ.§. ſequitur,num.11.in fi. Quam opinio.de rigore iuris dicit eſſe veram Iaſ.in l.nam & poſtea.in.§.ſed & ſi quis, num.1.ff.de iure iur. & in §.itē ſi quis in fraudē nu.13.Inſti. de actio. & in l. lex Cornelia nu.6.ff.de vulga.& pupil Chaſſan.vbi in hoc remittit ſe ad Iaſ. in ſupra dictis locis, in conſuetu.Burg.in titu. (Des ſucceſsions.) Rub.5.§.2.num.4.fo.230.col.2.Eandem opinionem ſequitur Sylueſt.Aldobrandinus in.§.præterea.nume.54.Inſtitut. quibus mod. ius patriæ poteſt ſolui. Contrariam tamen opinionem, imo quod quandocunque pater diſsipat bona tenetur aſsignare legitimam filio, tenet Bal.ſibi contrarius in l.defuncto num.3.ff.ſi quid in fraud. patro.& ibi Pau.de Caſt.idem Pau. de Caſt.in Authen. ſi qua mulier.nu.8.C.de ſacroſanct. eccle.Alexan.in l.Imperator. vbi dicit eſſe menti tenendum, in v.colu.& ibi Claud. de Seyſel. nu.6.ff.ad Trebell.Eandem opin.ſequitur etiam Hier. Cagn.in repe. l. fi.nu. 232.C.de pact.Didacus de Segu.in repe.l.Imperator. nu.118.ff.ad Treb.Fab.de Mon.in repet.Auth.nouiſsima.nu.83. C.de inoffi.teſta.Iaſ.vbi dicit procedere de ęquitate, in d.l.nam & poſtea. in.§. ſed & ſi quis.nu.4.ff.de iu.iurā.& eam tanquam æquiorem tenendā eſſe taſtatur idem Iaſ.in d.l.ſi conſtante,nu.199.ff. ſolu.matri. & ſecundum hanc opinio.conſuluit Rodericus Xuarez.in alleg.4.

2 Amplia ſecundo, vt legitima viuo patre pro delicto filij non veniat in confiſcatione bonorum ſuorum. Ita tenent Guliel.de Cuneo, Barto.Alber.& Bald.in l.ſi qua pœna.ff.de his qui ſunt ſui vel alie.iur.Spec.in titu.de executione ſenten. nu. 11. Cuius ratio eſt, quia viuente patre, filius nullam habet legitimam. Eandem opinio. tenet Bal.in conſi.cclvii.per totum, volu.3.Franc.Lucas de Parma in tracta.de fiſco & eius priuilegiis, ca.de publica. bonorum nu.2. Doct.communiter in l.in ſuis, ff.de liber. & poſth. & eam dicit cōmuniter teneri Maria.Soci.Iun.in conſi.51.nu.5.lib. 1. Aldobrā.in §.præterea num.55. Inſtitu. quibus mod. ius patriæ poteſta. ſolui. Ruin.in conſi.cxlix.nu.13.vol.3.

3 Quæ ampliatio procedit & eſt vera, niſi eſſet ſtatutum quod pa-

ter teneatur ſoluere eſt legitima pro delicto filii. vt eſt tex.per quē hoc ibi Ioan.de Ana,& Ancha.tenēt in c.2.de delict.puero & hāc opin.expreſſe tenet gl.in Rub.C.de decret.decurio.lib.x.& quod ſupra dictum ſtatutum valeat,tenet expreſſe Iaſ.in d.Auth.nouiſſima,nu.8 & 12.C.de inoffi.teſta.Bal.in l.j.C.ne filius pro pa.Rui in d.conſi.cxlix.nu.13.volu.3. Hanc opin.dicit eſſe communē,& ita in practica obſeruari Alex.poſt alios doct.in d.l.lex Cornel.col. 2.ff.de vulga.& pupilla.eam etiam dicit communem Aldobrand. in d.§.præterea nu.56.Chaſſan.in conſuetu.Burgun.in tit.(Des ſucceſsions.)rub. 7.§. 2.fol.320.col.3.nu.5.in fin. Hanc opin. vbi ē notab.examinat,tenet Marc.Mant.in repeti.Auth.nouiſsima.pag. 25.verſi.tertio dubitare contingit.quam opin. etiam ſupra poſui in reg.cccxlv.in 14.limitatio.In quo Iaſ.in d.Auth.nouiſsima.dicit, ꝙ Bal.in d.l. ſi qua pœna in 2. lect.ad fi.dicit,ꝙ niſi ſtatutū dicat, difficile erit definire quanta debeat eſſe legitima. Iaſ.vero referendo alios doct.tenet,quod attendatur tempus condemnationis filii, per tex in l.eius.qui,in.§.j.verſi quæ tunc habuit cum damnaretur ff.de teſtam.& ideo dicit ibi Iaſ.ꝙ ſunt ponderāda verba ſtatuti an ſe referant ad delictum vel ad condemnationem. Reperio tamen ꝙ Lancel.Poll. in repet.l. filium quem habentem,nu.163.hoc mouet & determinat,quod ſupra dictum ſtatutum per iſtam regulam quæ vult legitimam tempore mortis conſiderari, ęſtimandam & ſoluendam tempore mortis non autem in vita, alioquin ſequeretur quod delictū filij patri & fratribus nocere poſsit, quod ibi dicit eſſe iniquum. Quia ſi pater procreauerit alios filios,ſi legitima eſſet æſtimanda tempore delicti vel condemnationis,filiis poſtea natis noceret,& ſic ſequeretur quod plus habebit filius delinquens quā alius, quod eſſe maxime iniquum,& contra regulas iuris,vt in l.in omnibus quidem ff.de regu.iur.Quam opin.dicit Lancel.ibi veriſsimum eſſe,mihi æqua & iuridica videtur,dum tamen pater in vita bona non alienet vel diſsipet, nec tempore mortis, alios filios melioret in fraudem condemnationis filij & ſupra dicti ſtatuti. Et pro opin.Lancel.Politi videtur tex.in l.xix.& xxiii.& ibi Ciſuētes, & xxix.in fi.ibi,(pero las otras) donationes ibi probatur quod in melioratione quæ fit per patrem filio,attenditur valor patrimonij patris tempore mortis,in legibus Tauri.

2 Limita pro hanc regulā,non procedere in Iudeo effecto Christiano, nam ſtatim patre viuente legitimam petere poteſt. Ita concludit Io.de Ana.in c.Iudęi.el 2. numero 5. de Iudæ. per tex.in l. cognouimus.& ibi Sali.& docto.C.de hæreti. vbi pater & mater infideles tenētur pręſtare dotē filię orthodoxæ,& filio Chriſtiano tenentur præſtare donationē propter nuptias, & vtrunque alimentare ſecundum facultatem patrimonij. Facit etiam quod habetur in l.nec mater pro filia.C.de iure dot.vbi glo.dicit quod mater hæretica tenetur dotem dare filiæ orthodoxæ.ibi Bal. dicit idem eſſe in matre Iudæa,quia ſi filia efficitur Chriſtiana,tenetur mater eam

dotare

dotare alimentare. & eſt ſimilis glo.in l.fi.in verb.paternum. C. de iure dot. De iure regio tex.in l.9. titu.11.parte.4. & ibi Ioan. de Anania adduxit pro hoc alia quã plura. Quam opi. Anan.ſequitur Hiero. Cagno.in repe.l.fi.nu.232.C. de pact. Guliel. Benedict. in repe.c.Rainutius.in verb.in eodem teſtamento.el 1.num.215.& 216.licet contrarium teneat Felin.in d.c. Iudæi, nu. 2. quia ipſimet Feli.tenet opi.Ioan.de Ana.in c.in pręſentia,nu.56.de probatio.& ibi Pariſi.nu.166.in fi.

Limita ſecũdo,niſi pater velit aliquid filio pro legitima largiri. Argumen.text.in l.cum quo.in.§.finali.ff.ad l.falcid.nam cum hoc ſit introductum fauore patris, poterit pater hoc renuntiare, vt in l.penul.C.de pact.& in l.ſi iudex.ff.de minori.& in hoc caſu quando filius dictam legitimam aſsignatum diſsipauerit, non tenetur pater rurſus legitimam aſsignare.ita tenet Bartol. & ibi Paul.de Ca. & docto.& in l.ſi cum do e.in §.ſi poſt. ff. ſolut.mat.idem Pau.de Caſt.in conſi.lxxx.nu.3.volu.1.

3 Tertio limita, non procedere in dote nam quandocunque filia eſſet coniugio matura,pater officio iudicis compellitur filie legitimam ſiue dotem conſtituere. Ita probat tex.in l.Pomponins. ff. famil.hercif.& in l.qui liberus.ff.de ritu nup.in l.fi.C.de dot.promiſ. quibus concordat l.8.ti.xii.par.4.

4 Quarto fallit,in alimentis nam pater in vita tenetur filium alimentare.Ita probat tex.in l.cũ oportet.in.§.cum autem.C.de bonis quę liberis.facit etiam tex.in l.ſi quis a liberis.in princip.& in l.nõ quemadmodum ff.de liber.agnoſcend. ita tenet Iaſ. in l.in ſuis.nu. 18.ff.de liberis & poſthum. De iure regio eſt tex.in l.3.ti.4.li.3.fori & in l.1.& 2.ti.19.par.4.

5 Quinto fallit, etiam ſi nullum eſſet ſtatutum quod pater teneatur pro delicto filij, vbi ſupra dixi in ſecunda ampliatione,tamen ſi filius propter delictum detineatur in carceribus, cogi poteſt officio iudicis pater vt aſsignet legitimam pro filio de redimendo: nã ſi pro dote danda, & alimentis poteſt cogi vt ſupra dixi a fortiori poteſt cogi pro vita filij conſeruanda & libertate: carcer enim perpetuus & ſeruitus, morti æquiparantur. l. intercidit ff.de conditio.& demonſtratio.l.ſeruitutem ff.de regul.iur. in Authen.ſi captiui.C.de epiſcop.et cleric. Ita expreſſe tenet Guliel.Benedic.vbi dicit hunc caſum ſe audiuiſſe a Cancellario Francię,in repetit.cap. Rainutius,in verbo in eodem teſtamento. el 1.nume.215.quem ſequitur Eguinarius Ferdinandus in repetit.l.in quartam, nume.136. ff.ad l.falcid. Quæ opinio ſi uera eſſet,ſequeretur ſupra dictum ſtatutum de nihilo ſeruire.

6 Sexto limita,quandocunque pater ingreditur monaſterium,quia tunc uiuo patre adhuc naturaliter debetur legitima filiis. Ita probat text.in c.cum ſimus, de regula. per quem ita tenet gloſſ. & ibi in c.tranſmiſſæ.in verb.mora,qui filij ſint legit. Abb.Eandem opi. probat,tex,in Auth, ſi qua mulier,C,de ſacroſan,eccle, & ibi Bal,

idem Abbas in c.in prȩſentia.de probat.nu.59.& in c. Raynutius de teſtam.Aret.in l.j.num.6.ff.de teſta.& in l.ex ea parte. in §.in ſulam,colum.2.ff.de verb.obligat.Marc.Man.in repet. Authẽ.nouiſsima.pag.29.ver. quarto dubitare. Catellia. Cotta in Memor. lib.iuris,in verbo,legitima.Corſet.late in ſing.incip. legitima.Fabian.de Monte in repe.d.Auth.nouiſsima nu.80. Soc.Iun. in conſi.nu.7.volu.1.Pyrrhus Englebern in tracta.de ſuitate.nu.8.Rolandinus Bononien.in tract.vltimarum voluntatum,rub.xv.nu.19.& hanc dicit communem opi. Iaſ. in Auth.ſi qua mulier nu.50.C.de ſacro ſanct.eccle.in d.Auth.nouiſsima,nu.8.C.de inoffi. teſta.Feli. in d.cap.in prȩſentia,nu.55.Circa quam limitationem, vbi eam tenet & allegat alios doctor. tenentes contrariam partẽ, vide D.Couarruias in c.2.num.7.de teſtamen. vltra quos vide. Pari. in repet. c.in prȩſentia.nu.165.de probatio. vbi contrariam partem tenet,& ibi latiſsime hoc examinat.

## REGVLA CCCLVII.

Filivs contra patrem in integrum reſtitui non poſſ. Hanc regulam probat tex.in l.cum apud veteres.C.qui & aduerſus quos.& ibi doct.prȩcipue Iaco.de Sanct.Georg.& in d.l.ſed ſi hac lege.in.§.pen.ff.de in ius vocã.& in l.j. & in l.parẽtes & in l.ſi con ff.de obſequiis a libe.& liber.paren.& patro.præſtan.Et circa hãc regulam vltra doctores , in locis ſupra diſtis vide Ioan. Mauri.in tract.de reſtitu.in integ.c.224.

2 Limita primo procedere, quando peteretur reſtitutio ratione ętatis,ſecus ſi ex alia cã,puta legitimæ abſentiæ, quia tunc bene reſtitueretur cũ non reperiatur iure denegatũ. Vt in l.nec nõ in.§.quoties ff.ex quib.cau.maio.et ita expreſſe tenet Bar,Bal.& Iaco.nu. 1.& cęteri doct. in d.l.cum apud veteres.

3 Secundo limita procedere,ubi filius peteret reſtitutionem officio iudicis nobilis,ſecus ſi via actionis,quia eſt efficacior, & tunc conceditur ei reſtitutio contra patrem.Ita probat tex.in l.ſi ſuperſtite, C.de dolo.& ita tenent doc.in d.l.cum apud veteres.& ibi Iac.nu. 1.Petr.Rebuf.in gl.ad conſtitu.regias Galliæ.in 2. par.tra.de reſtitu.arti.2.glo.6.nu.2.

3 Tertio limita procedere , vbi peteret minor reſtitui contra patrem , & contra factum patris ſimul quo caſu denegatur ei reſtitutio , ſecus ſi tantummodo peteret reſtitutionem aduerſus patrem, & non contra factum patris , quia tunc ei non denegatur. Vt in l.2. C.ſi aduer.rem indi.ita tenet Iacob.in d.l.cum apud veteres.num. 1.ſcilicet ſi petit reſtitui aduerſus ſententiam in fauorem patris latam , quia tunc non impugnat factum patris , ſed iudicis , licet aduerſus patrem,

4 Quarto

Quarto limita procedere, ſi peteret reſtitutionem contra factum patris, ſed non aduerſus patrem de directo, quia tunc non eſſet denegãda reſtitutio filio, Vt in l. ſi in te. C. ſi aduerſus donatio. & ibi Iacobinus de S, Georg. nu, 2. & in d. l, cum apud veteres, nu, 1.

## REGVLA CCCLVIII.

FILIO ſpurio in ſupplementum probationis non defertur iuramentum Ratio eſt quia ſpurius cenſetur infamis. & eius fides non facit ſemiplenam probationem. Ita expreſſe tenet Lud. Roma. in repet. l. admonendi, nu. 84. ff. de iu. iur. vbi allegat Azo. in Summa tit. de infamibus. ſequitur Ioan. Baptiſta de Caccialup. in d. repet. l. admonendi. nu. 156. & ibi Lanfrancus de Oriano nu. 51. Bal. in l. in bonæ fidei. C. de rebus. credi. Hippo. in ſingu. 273. Circa quã regulam vide Gulielmum, Benedict. in. repe. c. Rainutius. in verbo Rainutius de Clera. nu. 30. Tiraquel. in tracta. de nobilitate, cap. 15. nu. 14. & 15. & quod ſupra dixi in regula 69.

Hanc regulam ampliat uno modo, & limitat quatuor modis Hippoly. in ſingula, 273.

## REGVLA CCCLIX.

FILIVS cõprehenditur appellatione hæredis in materia feudali, & non extraneus. Hanc regulam probat glo. in l. etiam filij. ff. ſoluto matrimo. & in l. ex facto. in §. ſi. ff. ad Trebellia. ſequũtur communiter doct. ſecundum Ludouicum Roma. in d. l. etiã. filij. nu. 2. idẽ Roma. in l. pro hæredi. in. §. ſi quis tamẽ. ff. de acquiren hæred. quã opin. tenet Matthę. de Afflict. in cap. 1. nu. 40. de Vaſallo decrepita ætatis, in vſibus feud. pro qua opini. eſt tex. in c. 1. in. §. ſi clientulus, de aliena feud. hanc opinio. tenet Iacobinus de ſancto Geor. in tract. feudorum, in verbo, præſentes, nu. 3.

Hanc regulam limitat quinque modis Ludoui. Roma, in l. filij, a nu. 1. vſque ad nu, 8, ff, ſoluto, matri,

## REGVLA CCCLX.

FILIVS naturalis ligitimatus non ſuccedit in feudum. Hanc regulam probat tex in cap. 1. in. §. naturales. ſi de feudo fuerit controuer. inter dominum & agna. Vaſſal. in vſibus. feud. tenet Bald. in l. eam quam. C, de fideicommiſ. Curtius Iunior, vbi allegat quã plures docto, eam tenentes in tracta. feudorum, in 3. parte, queſtio. 17, numero 39. Imol. in l. ex facto. colum. 6, ff. de vulg. Pala. Ruui. in l, 11, Tauri nume, 21, Marcus Mantua in conſi, 45, nu, 2, Vldari-

cus

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

C lidum. & in d.l.2.C.de heredi.inſti.Corneus in conſi. 217. numero 3.volumi 3.Io.Guandenſis in tracta.de arte teſtandi,titu.1.cautela 14.numero 10.

10 Decimo limita,in fratre:nam frater ſpurius natus ex eadem matre ſuccedit fratri ſuo ſpurio. Ita probat tex. in l.ſi ſpurius. & in hac parte.ff.vnde cogna.& ita expreſſe tenet Ludoui. de Sardis in tracta. de legitimatione, in 3.parte, cap.de ſpuriorum ſucceſsione, q.fin. Matth.de Afflict.in deciſi.96.Bermond.in tracta.de publicis concubinariis pagi.358.numero 78.Catellianus Cotta in Memorabilibus iuris,in verbo baſtardus. el 1. Circa quam limitationem vide D.Conarruui.in Epitome de ſponſalibus,in 2.parte, capitulo 8.§. 5.numero 19.

11 Vndecimo fallit,quando filius ſpurius inſtitutus eſt ab hærede patris. Ita concludit Barto.in l.ſi his qui ex bonis, numero.3.in 2.q. ff.de vulga.& pupil.vbi dicit,quod dicta inſtitutio facta in fauorem ſpurij,eſt valida,quia eſt tali arti teſtandi non debet preſumi fraus argu.tex.in l.edicto.in.§.ſed hæredem.ff.de aliena.iud.mutan.cau. fact.quem ſequuntur ibi omnes Doctor.ſecundum Iaſ.numero 10. Hanc opinionem ante Bar.tenuit Specula.& ibi Io. Andræ.in tit. de ſucceſsionibus ab inteſta. in.§.quid ſi pater inſtituit, numero 30. Bald.in l.eam quam,nu..54.C.de fideicomm. vbi pro iſta opinione adducit glo.in Auth.quibus modis natu.effici ſui.in.§.fin.in verbo, participium. col. 7. hanc opinionem tenet Alex. in conſi.51. nume.3.lib.2. vbi adducit tex. in l.qui titij. teſtamentum.ff.de his quibus vt indig.in ver.principaliter, vbi dicitur,quod principaliter conſideratur inſtitutio quæ fit per hæredem, non autem conſideratur inſtitutio remota facta per patrem naturalem in fauorem hæredis. Et hanc opinionem tenet Bermondus in tractatu de publicis concubinariis,pagina 314.nu.14.

Porro circa hanc regulam cadit queſtio notabilis, An clericus iam quod non poſsit inſtituere filium vel donare, poſsit inſtituere vel donare nurui? Hanc queſtionem reperio in iure noſtro tangi per Hoſtien.in c.1.in 2.col. de teſtamen. vbi concludit,quod cum talis donatio cenſeatur fraudulenta,quod nullo modo valeat,per iura quæ ibi allegat,& per ſupra d.in hac noſtra regu.& ſequitur Io. Andræ.ibi & Cardi.1.col.nu.3.

Contra quam opinionem,ibi,in c.cum officiciis. de teſtamen.videtur mihi magis verum per ſequentia fundamenta.& in primis facit nam clericus de bonis patrimonialibus poteſt teſtari.c.1.c.quia nos.de teſtamen.etiam de bonis acquiſitis intuitu eccleſiæ,ex quadam generali conſuetudine noſtræ Hiſpanæ,vt in c.cæterum,de donatio.& ibi gl.in verbo,rarum.ita tenet Sylueſter in ſumma,in verbo,clericus.in 4.verſi.2.Guido Papa in deciſio.115. Ioan.Bernar. in practica,cap.124.& ita expreſſe concludit D.Couarru.in c.cum in officij.nu.9.de teſtam.quod hodie deciſum eſt per quadam Extrauagantem

gantem

gantem Iulij Tertij noſtri Romani Pontificis. vbi permittitur omnibus clericis tam epiſcopis quam presbyteris vt poſſint teſtari de quibuſcunque bonis acquiſitis, ſiue intuitu patrimonij ſiue intuitu eccleſiæ: & ſic dico quod clericus non ſolum de propriis bonis, verum etiam de acquiſitis intuitu eccleſiæ poteſt nurui donare. Et quod talis donatio in ſe non contineat fraudem, vt præſupponunt ſupra d. Doct. patet ex ſequentibus fundamentis. nam ex tali donatione filio ſpurio nihil quęritur præter alimenta quæ habet ex illis bonis donatis vxori conſtante matrimonio, vt in l. doce ancillam, C. de rei vend. & in l. 7. ti. 11. par. 4. traditur per doct. in l. in rebus. C. de iure dot. vbi probatur, quod maritus conſtante matrimonio eſt dominus rei dotalis. quod intelligendum eſt impropriæ. l. 1. §. 1. tit. ff. ad Syllania. quia maritus tantummodo debet recipere fructus dotis vt alat familiam, vt in ſupra d. iuribus. Et patet hoc, quia ſoluto matrimonio dos reuertitur ad ipſam vxorem, vel ad hæredes eius. & ſic talis donatio non videtur fraudulenta, cum clericus poſsit filio ſuo alimenta relinquere, ne fame pereat, vt in d. c. cum haberet. & in l. 8. tit. 13. par. 6. & ita dixi ſupra in 4. limita. & dicã infra in regu. ſequen. & pater clericus tenetur dotare filiam. cum dos ſuccedat loco alimentorum, vt ſupra dixi in 5. limitatione. Quod non ſolum habet locum ex bonis patrimonialibus, verum etiã ex bonis intuitu eccleſiæ acquiſitis, vt eſt gloſſ. in cap. omnino 31. diſtin. facit quod infra dicam in regula ſequenti, in 5. Ampliatione. Et ſi dicatur quod talis donatio facta nurui eſſet fraudulenta, quia excederet quantitatem, vt in d. regula ſequenti, in 3. amplia. hoc eſſet verum in perſona filiorum: ſed in perſona nurus, hoc non eſt fraus, nec donatio dicit exced ere quantitatem, cum, vt ſupra dixi, maritus ex bonis datis vxori ſuę a patre clerico præter alimẽta, et ſic ſibi neceſſaria alia habere non poteſt. Nec obſtant dicta in regula ſequenti, in 5. limitatione. quod ſi filius poſsit alias habere vnde ſe alat, ꝙ pater non tenetur eum alimentare: quia hoc eſt verum ꝙ pater non tenetur, ſed licet non teneatur ita vt poſsit compelli, ſi vult bene poteſt, & ſic nubere filium cum vxore cui fecit donationem licet filius, vt ſupra dixi, habeat dominium. Et ſi opponatur etiam, quod talis maritus poteſt inſtitui ab vxore: hoc etiam nõ obſtat, cum ſpurius poſsit inſtitui ab hęrede patris, & valeat inſtitutio vt ſupra dixi in 11. limitatione. Pręterea quia eſt in poteſtate vxoris inſtituere maritum vel non. Nec etiam obſtat quod iſti habeãt inter ſe filios, & poſt mortem matris hæreditas clerici ad eos deueniat, quia tunc donatio non cenſetur fraudulenter facta, cum clericus poſsit, inſtituere nepos ex filio ſpurio natos, vt ſupra dixi in ſecunda limitatione, in fine. & ſic non eſt fraus quod poſt mortem aui clerici, vel matris hæreditas vel donatio peruenit ad nepotes filij ſpurij clerici. & ſic concludo valere talem donationem per ſupradicta fundamenta, & per alia quæ ex ſupra dicta regula & ſequẽti poſsunt colligi, verum etiam ſi poſt mortẽ nurus cui clericus fe-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cit donationem, illud quod ex donatione peruenit ad nurum,& ſic
ad vxorẽ filij ſpurij, veniat ad hęredes vxoris ſoluto matrimonio
iſti hęredes tenerentur maritum , & ſic filium ſpurium alimentare
ex hæreditate clerici. ſi filius alias non habet vnde ſe alat, non p
text. in Auth, præterea. C. vnde vir. & vxor. ſed per dicta in ſec
ti regula, in quarta ampliatione, vbi non ſolum parentes, verum e
hæredes ipſorum tenentur alere filium ſpurium . Quæ opinio ſup
dicta maxime procedit ſi talis donatio eſſet nurui a clerico facta a
te quam cum filio contrahat matrimonium. licet poſtea contrahat,
cum poſt donationem ſit in arbitrio uxoris contrahere matrimo
nium cum filio eiuſdem clerici vel non.

## REGVLA CCCLXVII.

FILIVS ſpurius de iure canonico, debet habere alimenta a pa
rentibus. Hanc regulam probat tex. in cap. cum haberet. in fine,
de eo qui duxit in matrimonium. quam polluit per adulte. Circa
quam regulam vide doctor. ſupra poſitos in præcedenti regula, &
Lambertinum, vbi circa alimenta plura adducit, in tracta. iuriſpa
tronatus, in tertia quæſtione princi. 3. lib. a primo articulo vſque ad
finalem, folio 392. cum ſex ſequentibus.

1 Amplia primo, vt diſpoſitio huius regulæ ſeruetur in vtroque fo
ro quia ius ciuile in hoc corrigitur per ſupra dictum tex. in d. cap.
cum haberet. Ita probat glo. in d. c. cum haberet. in gloſſ. fina. in fi.
verbis, vbi hoc tenent Doctor. ſequendo d. glo. præcipue Abb. nu
mero 5. & hanc opinionem dicit eſſe communem. Deci., in c. cleri
ci. numero 4. de iudic. & in preſentia. nu. 115. de probatio. Hanc
etiam opinionem dicit eſſe communem , Ripa in reperit. l. ſi vn
quam, quæſtione xxvii. numero 68. C. de reuocan. donatio. & in
Rubri. ff. de verborum obligatio. numero 58. & Corſettus in ſingu
lari incipienti, Flij ſpurij. & in Repertorio ad Abb. in verbo , ali
menta. Neuiza. in ſua Sylua nptiali, libro tertio , numero 25 . Ber
mondus in tractatu de publicis concubinariis. pagina 34. nume. 7a
Calcaneus in conſi. 62. nu. 12.

2 Amplia ſecundo , non ſolum procedere in vita verum etiam in
morte: nam parentes in morte poſſunt relinquere alimenta filij ſpu
riis. Ita tenet Barto. in l. fi. nu. 7. ff. de his quibus ut indignis, vbi di
cit, quod filio poteſt aliquid relinqui a patre tempore mortis, tam
vt ſufficiat illi ad allimenta. quem ſequitur Roderi. Xuarez in le
ctura l. 1. titu. 6. lib. 3. fori, fo. 91. pagi. 1.

3 Amplia tertio , habere etiam locum in dote , nam pater tene
tur dotare filiam ſpuriam, & poteſt aliquam rem ei aſsignare in mat
te pro dote Ratio, eſt quia dos ſuccedit loco alimentorum, & bo
num eſt argumentum de alimentis ad dotem. l. cum poſt. §. gener. ff.
de iure dotium. & l. prima. ff. ſoluto matrimo. Ita tenet Barto. in d.
l. finali, numero 7. ff. de his quibus vt indignis. Abb. in d. c. cum ha

beret

beret,nu.5.Roderi. Xuarez in d.l.j.tit.vi.lib.iii.fori. fol.91.pag.1. & uide quod ſupra dixi in regu. præcedenti, in limita. Quod non ſolum habet locum in laicis, verum etiam in clericis: quia clerici tenentur dotare filiam ratione alimentorum, tam de iure canonico quã ciuili: ita tenet Bar. in d.l.ſi.ff. de his quib.ut indig. & in l. vxorem. in.§.pater.ff.de lega.tertio.quem ſequitur Guliel. Benedict.in repe. c. Rainutius. in verbo, dotem quam ei dederat: num.23.Ioan. Bapti. Caccialu. in repe.l.ſi qua illuſtris.nu.92.C.ad Orphicia.Cifuentes in l.ix. Tauri,nu.9. Quod non ſolum habet locum in bonis patrimonialibus, uerum etiam ex bonis intuitu eccleſię acquiſitis. ut probat gl. in c. omnino.xxxi. diſtinctio. & ita tenet per eam, vbi eam notabiliter declarat Pala. Ruuios in repe.c. per ueſtras.§. xxiii,nu.13.Bermondus in d.tract.pag.337.nu.53.& 54.

Quod eſt uerum niſi dos excederet magnam quantitatem; quia tunc præſumeretur fraus: ſecundum Bar. in l.j.C.de natu.libe.Abb. in conſi.cxv.vol.ii.facit tex.in l.filiæ.ff.de lega.iii.& in l.quęro.ff. de iure doti.Ioan.Gual.in tract.de arte teſtandi: tit.j. cautel.xiiii. nu.11.Rodericus Xuarez in ſupra dicto loco. Nicolaus de Vbaldis in tract.de ſucceſsio. ab inteſtato: in j.parte,nu.50. Nicolaus Boer. in deciſio.cxxvii.nu.7.Guliel. Benedictus in repet.c.Rainutius. in verb. & vxorem nomine Adelaſiam. deciſi.v.nu.126. de teſtam. Matheſi. in tract.de ſucceſsio.ab inteſtato: in iii.membr.j.arti.nu. 13. Ciſuentes in l.ix. Tauri.nu.10. Chaſſa. in conſut. Burgund. in tit.(des ſucceſsions.) Rub.viij.§.iij.nu.11.fol.285. col.ij.Caccialu. in repet.l.ſi qua illuſtris. nu.91. Quod tamen hodie de iure regio eſt taxatum vſque ad quintam partem bonorum patris, quam poteſt relinquere filiis ſpuriis pater vel mater in vita vel in morte: de qua filij poſſunt ad libitum diſponere in uita vel in articulo mortis, etiã quantum ad proprietatem: ut probatur l.ix.& x.in legibus Tauri: & ibi Ciſueptes, & Docto.Pala. Ruuios in repet.c. per veſteras.§. xxiiij.nu.10.Xuarez in lect.l.j.ti.vi.lib.iij. fori,fol.91.pag.2.

4 Amplia quarto procedere, ut non ſolum pater, & mater teneantur eos alimentare, uerum etiam ſucceſſores ipſorum. Ita tenet Bal. in Authen.licet.C.de naturali.libe. & notatur in d.c. cum haberet. Chaſſa.in conſue.Burg.in tit. (Des ſucceſsions.) rubr.viij.§.iij.fol. 284.col.iij.nu.3.Bermon.in tract. de publicis concubinariis: pagi. 336.nu.52.Laur.Calca.in conſ.lxij.nu.17.Matheſi.in ſing.cxlviij. Abb. in conſi.cxv.in ij.vol. Et pro iſta opi.eſt text. de iure regio. in l.viij.tit.xiij. patre vi. Quod etiam procedit ſi fiſcus ſit hęres. ita tenet Pala. Ruuios in repe.c.per.veſtras.§.xxiiij.nu.8.& 9.& ſic quod quandocunque bona ſunt confiſcata, fiſcus teneatur alimentare filios, etiam ſpurios.

5 Quinto amplia, habere locum in filiis inceſtuoſis. Ita notabiliter per d.c.cum haberet, tenet expreſſe Nicol.de Vbal.in tract.de ſucceſsio.ab inteſta in j.par.nu.46.& ante eũ Imo. in l. ex facto.in.§. ſi quis rogatus,el j.in v.col.nu.7.ff.ad Trebellia.D.de Segura.in l.

cohæredi.

cohæredi. in.§.cum filię.nu.123.ff.de vulga.& pupil. D.Couar.in Epitome de ſponſalibus.in ij.par.c.viij.§.vj.nu.6.in fi.Roder.Xuarez in l.j.tit.vi.lib.iij. fori, fol.91.pag.2. Quę opinio comprobatur per text. in l. ix. Tauri: ubi permittitur matri vel patri relinquere filijs inceſtuoſis quintam partem bonorum ſuorum ratione alimentorum. Licet contrarium teneat Bal. in Auth. ex complexu.nu.1.C. de inceſtis,& inuti. nupt. & Pala. Ruuios in d.l.ix.nu.50. Tauri & Ludo. de Sardis in tract.de naturali. liberis: in.§.de obligatione inter patrem,& filium. nu.4.in fi.

6 Amplia ſexto procedere,ut pater vel mater pro anima filij ſpurij præmortui poſsit in uita ſua donare, vel in morte relinquere: quia licet poſt mortem cibo non indigeat corporali, tamen neceſſarius ei eſt cibus ſpiritualis pro anima: & cui debetur cibus corporalis, fortius debetur ei ſpiritualis pro redemptione animę. Ita tenet Io.Faber in.§.pœnales. Inſti.de perpet. & tempora.actio.nu.8.in fi.quem ſequitur Guliel. Benedi.in repe.c. Rainutius, in uerbo,& uxorem nomine Adelaſiam deciſi.v.nu.125.de teſtam.

7 Amplia ſeptimo habere locum, etiam in nepote, uel pronepote: nam auus,& proauus, deficiente patre uel matre, tenentur alere nepotes,& pronepotes. Ita per tex.in d.c.cum haberet.in fi.tenet Nicol. de Vbal. in tract. de ſucceſsio. ab inteſtato.in.j.par.nu.47.quẽ ſequitur Barto. Soci. in conſi.clxj.nu.1.lib.ij.col.ij.verſi.quarto,& ultimo præmitto.eandem opinionem tenet D.Couarru. in d.Epitome,in ii.par.c.viij.§.vj. vbi dicit,quod non obſtat tex. in l.v.titu. xix.par.iiij.ubi probat tex.filios ſpurios alendos eſſe a matre,auo, & proauo materni generis. quia text. ille loquitur ſecundum rigorem iuris ciuilis, non autem attenta æquitate iuris canonici, de qua in d.c.cum haberet.

1 Limita primo hanc regulam non procedere,quandocunque filius habet vnde ſe alat: nam tunc pater non tenetur eum alere.Ita probat tex.in l.ſi quis a liberis,in.§.ſed ſi filius.ff. de libe.agno. tenet Ant.de Butrio,& ibi Abb. in d.c.cum haberet.nu.10. Baptiſt.Caccialupus in repe.l.ſi qua illuſtris.nu.93.C.ad Orficia.Soci.in conſi. cxxi. nu.47.lib.iiii.Lauren.Calca.in conſi.lxii.nu.14. Nicol.de Vbaldis in tract. de ſucceſsioni. ab inteſtato. in j. par.nu.49. Deci. in conſi.cccccclxxvi.Alex.in conſi.lxiiii. nu.4. lib.ii.& Bermondus in tract. de publicis concubinariis,pag.139.nu.58. verſi.ſed aduerte. Cifuentes in l.ix.nume.1. Tauri,ubi concludunt,quod quandocunque tales filij habent unde ſe alant, uel poſſunt ſe alias ſuis laboribus alimentare, patres ad hoc non tenentur. Quæ limitatio in ſe maximam æquitatem de iure uidetur continere: quia ratio finalis ſupra dictę regulæ eſt,ne filij ſpurij priuati alimentis,pereant fame: quæ ratio ceſſat,quando ſpurius habet bona, uel artem ex quibus poteſt ſe alimentare,nam tunc ceſſat diſpoſitio huius regulę: & ceſſante ratione,ceſſare debet diſpoſitio legis: ut in l. adigere. in.§. quamuis,ff.de iure patrona. De iure regio probatur in l.vi.tit.xix. par.iii.

par.iii. Quod tamē intellige procedere, niſi dedecus ſit filiis artem quam ſciunt exercere. ita concludit Bar. in tract. de alimentis. quē ſequuntur ſupra dicti Doc. & ita tenet Pala. Rubi. in repe.c.per ve ſtras.in §.xxiii.nu.7. D. Couarruuias in d. Epitome de ſponſa. in ii.parte,c. viii.§.vi.nu.9.

2 Limita ſecundo, quandocunque pater eget, & nō habet vnde poſ ſit prędictos filios alere: nam tunc non tenetur ultra quam facere poteſt. Ita probat glo.in d.c. cum haberet. & ibi Abb.per eum, nu. 10. De iure regio probatur in l.v.tit.xix.par.iiii.

3 Limita tertio, quando talis filius commiſit aliquam ingratitudinem contra patrem: nam omnes cauſæ ſufficientes ad exhęredandū filium de quibus in Authen.vt cum de appellatione cogno.in.§.cau ſas.colla.viij.glo.in c.quintauallis. de iureiuran.ſufficiunt ad priuādum eum alimentis. Ita probat gl.in l.ſi quis a liberis.in.§.idem iudex.in ver.detulerat.ff.de libe.agnoſcen.& in l.ſi.in uer.promerue rit.C.de alen.libe.& ita expreſſe tenet Abb. in d. c. cum haberet. nu.10. & facit quod ſupra dixi in regu.ccclxviii.in.iii. limita.

## REGVLA CCCLXVIII.

Filivs non poteſt inſtitui a patre ſub conditione caſuali vel mixta, niſi ſub contraria exhęredetur: alioquin teſtamentū eſt nullum. Hanc regulam probat tex.in l.ſi pater.C. de inſtitut. & ſubſti. ibi, iure teſtatus non uidetur. Facit etiam tex.in l.j.ff.de iniuſt. rup. tex.in l. Lucius. in uerb.nullius eſſe momenti.ff. de condi. & dem. Hanc regulam limitat quatuor modis Bernard. de Luco in regu. dccxxvii.remittendo ſe ad Iaſ. in d.l. ſi pater. Eandem etiam ampliat quinque modis, & limitat uno & uiginti modis Gerardus Alber. in repet.d.l.ſi pater. a num.62. vſque ad nu.131. Circa quam regulam notandum eſt, quod hodie corrigitur d.l. ſi pater. & talis conditio reijcitur de medio uſque ad legitimam filij, & ualet teſtamentum. ita tenet gloſſ. in d.l. ſi pater. in uerbo, erat; & in l. ſiuis quoque.in uerbo, conſtat.ff. de hęre. inſtituen.Barto. in d.l.ſi pater. colume.2. ubi dicit quod uſque ad ſuum tempus omnes Docto. tenuerunt contra ſupra dictam glo. in d.l. ſi pater, pro qua opin. adducit tex.in l. ſcimus.in.§.cum autem.C.de inoffic. teſtamen. quam opinionem glo.& Bar.dicit eſſe communem Iaſ.in d.l. ſi pater. num.19.& ibi Alexand. & Docto. pręcipue Iacobi. de ſancto Georg.num.13. ubi dicit, quod in queſtione facti obtinuit ſecundum opin. illius glo. & quod ita fuit iudicatum per tres ſententias. Eandem opin.ubi latiſsime eam examinat, & dicit ſupra dictam regulam eſſe correctam per tex. in d.l.quoniam in prioribus.C.de inofficioſo teſtam.tenuit Roderi. Xuarez ubi plura in hoc adducit, in repeti.d.l. quoniam in prioribus, fol.6.col.iii.verſi. ſed ad pleniorem intellectum huius legis, a num.1.uſque ad fi. & idem Xuarez in eadem repet. fol.14.in iii.ampliatione, per totam, Eandem opinionem tenet Fran.de Ripa

in

in rubr.ff.de vulgari.nu.157.Bern. de Luco in d.regula dccxxvij.
Montaluus in glo.l.ix.tit.iiij.par.vj.& Guliel. Benedict. in repe.
c. Rainutius. in verbo,deliquit.nu.18.de teſtam.Pro qua opinione
videtur tex. de iure regio in l.ix.& xi.tit.iiij.par.vj.& in l.xvij.
ti.j.parte vj. in fi.ibi,(deuen la auer libre y quita ſin embargo y ſin
agrauamiento y ſin ninguna condicion.)Licet aliqui Doct.quos re-
fert Roderi. Xuarez in d.fol.6. teneant contrariam opi.gl. & Bar.
& licet opi.contrariam dicat eſſe veriorem Deci.in d.l.ſi pater.nu.
14. in pe.col.in medio.ver.in fi.gl.ſed ibi etiam dicit opi. ſupra di-
ctam Bar.& gl. eſſe commu. quam opi. Decij ſequitur Ioan.Gom-
ſius in Rubr.nu.9.C.de impube.& alijs ſubſtitutionibus.

## REGVLA CCCLXIX.

FILIVSFAMILIAS non tenetur de mutuo. Hanc regu-
lam probat tex.in l.j. & ibi Doctor.ff.ad Macedonia. De iure re-
gio eſt tex.in l.iiij.tit.j.par.v. Circa quam regulā vide Docto.in
l.iiij.§.j.ff.quod cum eo.Iaſ.in l.qui cum ſe.ff.de re iud.Bal.in l.Ma-
cedoniani,C.ad Macedo.in l. ſi filiusfamilias.ff.ſi certum peta.Go-
me.in prin.Inſti.de actio.nu.47. Alciatum in tract. præſumptionum,
in j.regula præſump.xlij.

Hanc regulam limitat quinque modis tex. in l.ij.C.ad Macedo-
nia. Eadem regulam limitat vndecim modis Petrus de Vnzola in
practica artis notariatus.in.§.de filiofamilias,& vnde dicatur. a nu.
25.vſque ad fi.& ibi a nu.1.vſque ad nu.25. tractat materiam huius
regulæ,quas xj. limitationes ante eum poſuit gl. in.§.illud. in ver-
bo,ſenatus. Inſti. quod cum eo.

1 Vltra quas limitationes limita.j.quandocunque filiusfamilias re-
cipit pecuniam mutuo ab altero fratre qui etiam erat in poteſtate pa-
tris. Ita probat gl. in l.frater a fratre.in gl. magna: verſi.item quæ-
ro.ff.de condi.indeb. quæ vult,quod alter frater obligetur naturali-
ter,& ciuiliter,& cum effectu: & ſic glo. non vult quod habeat lo-
cum ſenatuſconſultum Macedonianum. Quam gl. ad hoc ponderat
Sali. ibi Bal. in l.fi.col.iij.circa fi.C.quod cum eo. eandem gl. dicit
eſſe uerā,& non habere contradicentem in hoc,vbi aſſignat rōnem
huius ſimilitudinis, Iaſ. in l.frater a fratre,in j. lect.nu.36.

2 Limita ſecundo,non procedere in foro conſcientiæ: nam filiusfa-
milias qui vtitur exceptione Macedoniani,vbi vere fuit ſibi mutua-
tum,incurrit peccatum: Ita concludit Innocent.in c. quia plerique.
nu.5.de immunita. eccleſi.quem ſequitur ibi Abb. nu.26. Alex. in
additio. ad Bar.in l.j.in j. additio.ff.ad Macedo.Iaſ.in l. ſi filiusfa-
milias,nu.1.ff.ſi certum peta.

## REGVLA CCCLXX.

FILIO ſtudenti mutuum factum,poteſt repeti a patre. Hanc
regulam

regulam probat tex. in.l.ſed Iulianus, in.§.proinde, & ibi gl.ff.ad Macedonia, & ibi Barto. gl. in l.Macedoniani, in verbo, non recuſaret.C.eo.tit. Hanc opinionem tenet Bal.in l.omni modo, in.§.imputari, col. fin.C.de inoffi. teſtamen. Alex. in. l.fi.C.de nego. geſt. Soci. in regula cxxxvij.in i,limita. De iure regio probatur in.l.vj. titu.j.parte.v.

1 Amplia primo habere locum, ſi receperit libros commodatos, & poſtea moriatur: nam tenetur pater eos reſtituere ſicut mutuum. Ita tenet Ioan. de Anania in c.j. de Magiſt. Petrus Rauennas in Alphabeto ſuo, in verſic.ſcholaris. quos ſequitur Petrus Rebuf. in tract. de priuilegiis ſcholarium: priuil.lviij.nu.2.

2 Amplia ſecundo, etiam ſi contra voluntatem patris filius eſſet in ſtudio: nam tunc pro ea parte quam domi expenſurus erat, pater indiſtincte tenetur. Vt in l.iij.in.§.proinde.ff.de in rem verſo. & ita expreſſe per illũ tenet Petrus de Vnzola, ubi hoc declarat, in practica artis notariatus.§.de filiofamilias, & vnde dicatur, nu.30.

3 Amplia tertio, habere locũ in monacho: nam ſi abbas mittit monachum ad ſtudium, in dubio videtur ſe obligare ad expenſas factas per monachum in ſtudio. Ita expreſſe concludunt Doct. precipue Areti. vbi hoc notabiliter declarat, in c. ex parte, nu.13. & 14.de accuſatio.

4 Amplia quarto, non ſolum habere locum in filio ſtudenti, verum etiam in alio quocunque filio quandocunque feciſſet ſe debitorem, vt ſe aleret: quia tunc teneretur pater ſoluere illud debitum contractum pro alimentis. Vt notatur in.l.libertis quos, in.§.j.ff.de alime. & ciba.leg.& ita expreſſe tenet Matthæ.de Afflict.in deciſi.Neapoli.deciſi.x.nu.4. Aret.in d.c. ex parte, nu.13.

1 Limita primo, quando filius erat aptus ad ſtudium, & ſtudebat: alioquin pater non tenetur. Vt in l.Stichus.ff.de leg.iij. Quod tamen eſt verum quando filius non erat in ſtudio voluntate patris: ſi vero eſſet in ſtudio de voluntate patris, tunc ſiue filius bene ſtudeat ſiue non, pater tenetur: Niſi pater crederet filium bene ſtudere, & creditor ſciebat eum non dare operã literis, tunc patri daretur exceptio contra mercatorem petentem pecuniam mutuatam, argum. tex.in.l.ſi quis cum ſciret.ff.de vſucap. pro empto. & in.l. cũ quis. ff.de ſolutio. & ita expreſſe tenet Petrus Rebuf.in d.tract.de priuileg.ſchola.priuil.lviij.nu.6.& 9.

2 Limita ſecundo procedere, tantummodo vſque ad eam quantitatem quam pater ſolebat ſubminiſtrare filio, non vltra. Ita probat tex.in d.l. ſed Iulianus, in §. quod dicitur.ff. ad Macedonia. & ita expreſſe tenet ibi Sali.& Albe.nu.10.

3 Tertio limita, habere locum conſiderata patris facultate, & alia familia: & ſecundum hoc debet iudex arbitrari vt pater teneatur, & non vltra. Ita tenet Albe.in d.l.ſed Iulianus, in.§. quanquã, nu.11.ff.ad Macedonia. quem ſequitur Petrus Rebuffus.in d.tract.priuil.lviij.nume.7. nam ſaltem tenebitur pater ad illam quantitatem



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quam domi ſtudens erat impenſurus, & non vltra: quia ibi non viuebat vento, vt lupus: vt dicit gl. in l. fi. C. de alimen. pupil. præſtan. facit quod ſupra dixi in iiij. ampliatione. Quam limita. intellige quando filius erat in ſtudio contra voluntatem patris, vt etiam dixi ſupra.

4 Quarto limita, quandocunque conſtaret quod pater prouidebat filio ſuo de rebus neceſſariis: nam tunc pater non tenetur de mutuo facto per filium etiam ſtudentem, Ita probatur de iure regio in l. ti. xix. par. iiij. Quod tamen eſt verum, quandocunque is qui mutuauit filio, ſciebat quod pater prouidebat ei de rebus neceſſariis: ſecus tamen ſi hoc ignorabat: nam tunc bene poteſt agere contra patrẽ: vt in l. ſed & ſi pupillus, in. §. præſcribere. ff. de inſtitutoria, & in l. fi. ff. pro ſuo, & ita expreſſe tenet Sali. in d. l. ſed Iulianus, in §. quod dicitur, in fin. verbis. ff. ad Macedonia.

5 Quinto limita, non procedere hodie de iure regio. Vt in pragmati. vi. de Valladolid, Anni Domini. 1542. vbi fuit ſtatutum, quod ſi aliquis mutuauerit vel vẽdiderit aliquam rem filio ſcholari, non poſsit mutuum vel debitum a patre vel a matre petere, niſi ab ipſomet filio. Quam pragmaticam intelligo veram, niſi clariſsime conſtitiſſet ꝙ pater non prouidebat filio ſuo de alimentis neceſſariis in ſtudio: quia tunc illud quod appareret eſſe mutuatum filio, bene poſſet a patre peti, non obſtãte ſupra dict. pragma. vt ſupra dictum eſt.

## REGVLA CCCLXXI.

Filivs ſcholaris non tenetur libros a patre datos, poſt eius mortem conferre, licet cum fratribus ſuccedat: ſed eos habebit præcipuos. Tex. eſt & ibi glo. in l. quæ pater. ff. fami. hercif. & in l. filię cuius. C. eod. tit. & ibi Cin. & Salice. Bar. in l. j. §. nec caſtrenſe. ff. de collat. bono. & glo. in pragmatica ſanctione: in tit. de collationibus; in. §. vt liberius, & hęc opi. eſt communis ſecundũ Iaſo. in. l. filię licet, in fi. C. de colla. Alberi. & Alex. in. l. ſi donatione. in fi. eo. tit. Fabianus de Monte, in repe. Authen. nouiſsima. queſt. xxvi. in prin. C. de inoffi. teſtamen. Alex. in conſ. 50. nu. 17. lib. vi. & in conſi. cxlix. in fine, lib. vij. Ioan. Sanxon. in Conſuetud. Turonenſ. in ti. (De ſucceſsion de gens roturiers.) fol. 309. col. iiij. Palla. Ruuios in l. xvij. Tauri. nu. 16. & ita expreſſe tenui in regula ccxxij. in iij. limita. De iure regio probatur hæc regula in l. iiij. ti. iiij. par. v. in fi. & in l. v. ti. xv. par. vi. Et circa hanc reg. vide vltra doct. in l. ſi donatione. & in l. filię licet. C. de colla. Vitalem Nemauſenſem in tracta. de collatio. q. v. nu. 10.

Hãc regulam ampliat quatuor modis, & limitat quinque modis Petrus Rebuffus in tracta. de priuilegiis ſcholarium: in priuil. 55. a num. 1. vſque ad finem.

## REGVLA CCCLXXII.

Filivs poteſt cõpellere patrem, vt ſibi miniſtret ſumptus & expenſas in ſtudio. Hanc reg. probat tex. in l. de bonis, in. §. non ſolum. ff. de Carbo. edict. cuius verba ſunt. non ſolum alimenta pręſtari debent pupillo, ſed etiam in ſtudia, & cæteras neceſſarias impenſas debet impendere pro modo facultatem. Et licet non loquatur de patre tamen tex. & ibi expreſſe Doct. in patre loquuntur, in l. Macedoniani. C. ad Macedonia. & ita tenet Vitalis Nemanſenſis in tract. de colla. queſt. v. nu. 11. in fi. verbis Barth. Bolo. in rep. Authen. habita. C. ne filij. pro pat. nu. 167. Circa quam regulam vide ſupra poſita in reg. cclxx.

Hanc regulam ponit cum quatuor limitati. Petrus Rebuffus in tract. de priuilegiis ſcholarium: in priuil. liij. a nu. 1. vſque ad fi.

## REGVLA CCCLXXIII.

Filia clam contrahens matrimonium, poteſt a patre exhęredari. Hanc regulam probat tex. in l. xlix. Tauri. Circa quam vltra Doct. ibi, vide Pala. Ruui. in repe. c. per veſtras. in. iij. no. §. vi. cum ſeq. D. Cortuu. in Epitome de ſpõſalibus: in ii. par. c. iij. §. viii. nu. 5. & in c. vi. in prin. nu. 7. Chaſſanę. in conſue. Burg. in ti. {Des Iuſtices.) Rubr. j. §. iiij. fol. 32. col. iiij. nu. 16. cum ſeq. Pariſi. notab. in conſi. xxix. per totum, lib. iij. Matthæ. de Afflict. in conſt. Neapol. lib. ij. Rubr. ix. nu. 1. cum aliis.

Hanc regulam limitat quinque modis. D. de Caſtillo in d. l. xlix. Tauri. nu. 31. in gl. in ver. (a ſus hijas.)

## REGVLA CCCLXXIIII.

Fisci priuilegia quot ſint, vide. xxxi. quos ponit Pau. de Ca. in l. ſi in te. nu. 3. C. de priuileg. fiſci. Et trigintaduo priuilegia ponit Ioa. Gallus in queſt. per Areſta Parlamenti Pariſienſis deciſis. q. clvj. fol. clxxx. col. ij. cum ſeq.

Sexagintaſex priuilegia ponit Iacobi. de S. Georg. in tract. feudorum: in verbo, ſed an princeps, a nu. 2. vſque ad fi.

Prætetea xci. priuilegia ponit Matthę. de Afflict. in c. ſi duo fratres, nu. 15. vſque ad nu. 109. de fratri. de nouo inueſti. in vſi. feu.

Ad hæc vide cxl. priuilegia fiſci quæ ponit Fran. Luca. de Parma in tract. de fiſco, & eius priuilegiis: in j. par. nu. 7. vſque ad fi.)

## REGVLA CCCLXXV.

Fiscvs ratione partis hæreditatis quam habet cum ſocio, poteſt vendere totam hęreditatem. Hanc regulam probai text. in l.

multum, intereſt. C. de commu. rerum aliena. & in l. vni. C. de vend. rer. fiſca. lib. x. & ibi Bar. & Doct. Hanc regu. per ſupra dict. auth. tra doct. vbi ſupra ponit Abb. in c. ratio nulla, nu. 2. de præben. Dec. in c. cū omnes in ij. lect. nu. 38. & de conſti. & in conſi. ccxx. nu. 7. Ioan. Gallus in quæſt. per Areſta Parlamenti deciſis, quæ. clvi. in ix. priuilegio. Matthę. de Afflictis in c. ſi duo fratres, nu. de fratri. de nouo beneſi. inueſti. in vſib. feu. & in tracta. de iure protomiſæos. in prin. nu. 6. & alios quam plures Doct. quos ſupra allegaui in regu. ccxcv. in iii. limita.

1 Amplia primo, etiam ſi fiſcus in tali re communi haberet minimam partem. Ita probat tex. in d. l. j. C. de vendi. rerum fiſca. lib. x.

2 Amplia ſecundo, idem eſſe in eccleſia. Ita tenet Pyrrhus Englebermeus in d. l. vnica, quam opinionem dicit ſe conſulendo tenuiſſe, æquiparando fiſcum, & eccleſiam, Andręas ab Exea in c. cū omnes, nu. 154. de conſtitu. Ioan. de Platea in d. l. vni. nu. 1. C. de venditio. rerum fiſca. lib. x. vbi hanc opi. ante omnes tenuit.

3 Amplia tertio, habere locum in re obligata fiſco, & alteri priuato: vt etiam fiſcus poſſit totam vendere. Vt in l. res quę. in. §. j. ff. de iure fiſci, & ita tenet Bal. in d. l. vnica, nu. 7. & ibi Bart. nu. 3. Ioan. de Platea ibi nume. 3. Salice. in d. l. multum, nu. 2. C. de commu. rerum aliena.

4 Amplia quarto, vt etiam fiſcus poſſit totam rem communem pignorare. Vt eſt gl. fi. in. l. vnica. C. ſi communis rei pigno. data ſit, & ibi Petrus de Bellaper. Sali. in d. l. multum, num. 2. in fi. verſic. & Bal. Ioan. de Platea in d. l. vnica, de venditione rerum fiſcalium, lib. x. nu. 1.

5 Amplia quinto, etiam ſi res ſit diuidua. Ita probat gl. in d. l. vni. in ver. diſtrahatur: quam ibi ſequitur Odofred. C. de vendit. rerum fiſca. lib. x. & ibi Bar. nu. 2. vbi dicit, quod ſi eſt vtilitas fiſci, quia maiori pretio venditur tota domus quam pars: vt in l. Mæuius in fi. ff. fami. herciſ. indiſtincte totum poteſt vendere fiſcus: cum hæc regula ſit permiſſa in vtilitatem fiſci, vt in d. l. ij. & ibi gl. C. cōmu. rerum alie. alias eſſet ſecus: cum nulla tunc fiſci verteretur vtilitas. quem ſequitur Sali. in d. l. ij. nu. 1. in fine. Ioan. de Platea: vbi per illud dictum Barto. limitat ſupra dictam regulam in d. l. vnica, nume. 1. col. j.

6 Amplia ſexto, vt in tantum procedat quod totum pretium rei communis debet emptor ſoluere fiſco: & ſoluendo emptor fiſco, liberatur ipſe emptor: licet fiſcus teneatur ſocio partem ſuā pretij tradere: Ita tenet Bal. in d. l. ij. C. cōmu. rerū aliena. facit tex. in. l. ſenatus. & in l. res quę. in. §. j. ff. de iure fiſci. Bar. in d. l. vni. nu. 4. quos ſequitur Fran. Lucanus de Parma in trac. de priuilegiis fiſci. in j. par. nu. 36. quam opi. tenet Sali. in d. l. multum. nu. 2. gl. in d. l. vni. in ver. reddigatur. & ibi Ioan. de Platea. C. de venditio. rerum fiſca.

1 Limita primo non procedere, quandocunque fiſcus haberet tantummodo vſumfructū: nā tunc ratione vſusfructus, non pōt vēdere

propric.

proprietatem. Ita concludit Bal. in d. l. multum intereſt nu. 4. de cõ mun. rerum aliena.

Limita ſecundo non procedere, quando fiſcus non interpellauit primo ſocium, an vellet emere partem ſuam: nam ad hoc vt proce dat hæc regula, debet fiſcus prius interpellare ſocium. Ita tenet Bal. in d. l. ij. C. de commu. rerum aliena. quem ſequitur Ripa in l. ſerui electione. in. §. labeo nu. 15. ff. de lega. j. Iaſ. in l. ſi. nu. 11. C. de iure emphyteu.

## REGVLA CCCLXXVI.

FORMA rei peremptæ, ſi aliquid ex materia remaneat poteſt durare circa illud quod remanet prior diſpoſitio ac ius actio, & obligatio. Hanc regulam probat tex. in l. domo pignori data. ff. de pign. actio. & in l. Paulus. in. §. domus. ff. de pigno. vbi combuſta domo pignorata, vel diruta, ita quod ad aream ſit redacta, durat pignus in ea. Facit in l. ſeruum filij. in. §. ſi pocula. ff. de lega. j. vbi legatum poculorum debetur, licet deſierint eſſe pocula, & fuerint ad maſſam redacta. Facit etiam text. in l. ſi ſeruus in. §. boue. ff. de condictione furti. vbi mortuo boue mihi ſubtracto, poſſum vendicare carnes, corium, & cornua. Eandem regulam probat etiam tex. in l. ſi ego. in. §. idem ait. ff. de publicia. in rem actio. vbi diruta domo competit habenti publicianam actio ad aream & cæmenta.

Hanc regulam ampliat decem modis, & limitat nouem modis Alber. Brun. in tract. de interitu & peremptione, in 6. concluſione: a nume. 23. vſque ad nu. 49. in 17. volum. tract. diuerſorum doctorum fol. 91. col. 4.

## REGVLA CCCLXXVII.

FORVM ſui originis mutat mulier nubendo viro alterius fori. Hanc regu. probat tex. in l. cum quædam puella. ff. de iuriſdict. om. iud. & in l. exigere dotem. ff. de iudi. & in c. j. de ſponſ. & in l. ſi. in. §. idem reſcripſerunt. ff. ad municip. Circa quam regu. vltra Doct. in ſupra dictis locis, vide Chaſſa. in conſuetu. Bur. in ti. (Des droits.) Rub. 4. §. 2. fo. 134. col. 3. nu. 12. in ver. aduerte quod ſi vir. Frã. Cur. Iun. & ibi Iaco. in d. l. cum quædam puella. & in d. l. exigere dotem. Feli. in d. c. 1. num. 24. de ſponſa. Iaſ. in l. ſi arrogator. nume. 41. de adoptio. Augu. Bero. in q. cviij. Tiraq. in legib. connubia. in gl. j. nu. 50. Hiero. Grat. in conſi. cxiij. lib. ij. & ea quæ infra dicam in regula incip. Statutum.

Hanc regulam ampliat tribus modis Iaſ. in d. l. cum quædã puella, a nu. 1. vſque ad 4.

1 Limita primo, non procedere in vxore putatiua. Vt in l. de iure §. ſi. ff. ad municip. gloſſ. in c. eos. xxxij. diſtinctio. & in c. iij. in

glo.ad finem 11.quæſtio.1.& in l.vltima,in.§. item reſcripſerunt el.ij.in iij.quæſt.ff.ad municip.Bal.in c.iurauit.in j.col.& ibi Fe. in vlt.col.de proba.Tiraq.vbi refert alios Docto. in legibus connubialibus in gl,6.nume,238.

## REGVLA CCCLXXVIII.

FORVM ſortitur quis ratione delicti. Hanc regulam probat tex. in capitu.poſtulaſti. & in c. fina. de foro competen.& l.1.& in Authen. qua in prouincia.C.vbi de criminibus agi oportet in l.j.C.vbi ſenato.vel clari.in cap.ſi peccauerit 2.quæſt.j.& in c.placuit.6.quæſt.3.cum aliis.De iure regio eſt tex.in l.xxxij. titu. 2. par. 3. ibi, ( la dozena es por razon de hierro o de malfaltria que huuiſſe echo en la tierra.) & in l. xv. titu.j. par.vij.

Circa quam regulam vide Abb. & Doctor. in cap. 1. de rapto. Hippoly. in l. vnica, nume.123.C.eod.titu.virg. eundem Abb. & ibi Docto.in c.fina.nu.6.de foro competen.Maria.Soci.vbi ponit xxvij.quæſtiones circa hanc regulam, in d.c. poſtulaſti a nu. 5. vſque ad uume.13.Nico. Boeri.in deciſi. xxix. Chaſſa.in conſuetud.Burgund.in tit. ( Des aduenz.) rub.xij.§.vni.fo.364.col. 2.a nume.1.vſque ad finem.Alciat.in c.pernicioſam,a nu.66.vſque ad nu.73.de offic.ordina.

Hanc regulam limitat ſex modis Soci.in regu,335.

1 Amplia primo,procedere in Imperatore vel Rege,qui ſi delinquat in territorio epiſcopi,poterit per eum puniri. Vt eſt gl. in c. duo.xcvj.diſt.& in c.quoniam xviij.diſt.facit tex.in c.cum apud Theſſalonicen.xj.q.3. Quod intellige,præmiſſa tamen monitione canonica,iuxta tex. in c.nouit.de iudi.ita tenent Hoſti.Ant.& Io.And.de Imol.in c.pernicioſam.de offi.ordin.Quod ipſi reſtringunt niſi princeps delinquẽs eſſet nimis ſeuerus vel iniurioſus,quia tunc delinquens,epiſcopus non debet eum punire, ſed relinquere iudicio Papę.Quod dictum videtur potius eſſe de conſilio, quam de iure ſecundum Alciatum ibi.nu.61.

2 Amplia ſecundo,vt ſi iſte delinquens euaſerit & alibi carceretur,debeat iudex remittere puniendum ad iudicem delicti. Vt eſt tex.in Anth.ſi vero crimen.& ibi Sali.C.de adult.& in Auth.vt nulli iudicum in.§.ſi quis vero comprehenſorum.collat.ix.glo.in Cle.Paſtoralis.in verbo,de more.de re iud.vbi dicit, ꝙ de neceſſitate iudex debet hoc facere.Eandem opinio.tenet Cyn.ſequendo Petr.de Bellapert.in d.Authen.qua in proincia.Et eam opinionem putat veram Bar.in l.ſi cui.in.§.cum ſacrilegium, nume.j.ff. de accuſa.Hanc opinionem tenet Guido Papa in deciſio.cij.Sali. in d.Anth.ſi vero crimen Nicol.Boer.in deciſ.xxix.nu.2.licet dicat ꝙ Bar.in d.§.cum ſacrilegium.teneat contrariam opi.ſcilicet ꝙ de vrbanitate hoc iudex debet facere,et non de neceſſitate. Quam opi,Barto.non tenet,imo contrariam, & ibi poſt gloſ. ſupra

pra dictam hoc notabiliter declarat, & pro iſta opi. eſt tex. in l. 2. tit. xvij. lib. viij. ordinamenti.

Amplia tertio, habere locum non ſolum ratione delicti, verum et ratione mandati: vt ſi aliquis exiſtens in ciuitate Salmantina, mandauit fieri delictum in ciuitate Toletana, ille mandās fieri delictū ſortitur forum Toleti, & ita poterit puniri Toleti ſicut principalis occiſor. Ita tenet Pau. Caſtren. in l. ſi vt proponitur. ff. de fideiuſſo. Hippol. dicens ſe alibi non legiſſe, in ſingula. cccciiij. incipien. forum. Sed ante Pau. de Caſtro iſtam opinionem per tex. ibi tenuit Albe. in l. heres abſens. in. §. apud Labeonem. ff. de iudic. quem ſequitur ibi Iacobinus de ſancto Geor. numero 1. & hanc opinionem licet Hippol. refert Paul. de Caſtro tenet Bartol. poſt Iacobum de Arenis in d. l. ſi vt proponitur. numero. 2. & Curt. Iunior in d. §. apud labeonem, numero 2. & 3. vbi refert ꝙ Paul. de Caſtro in l. prima. C. vbi de poſſeſsione agi oportet, dicit, ꝙ vtrobique poſsit ille mandans conueniri, ſed nihilo minus primam opinionem eſſe veram & communem, & ab ea non recedendum, tenet expreſſe Lancellotus Decius in d. §. apud Labeonem. & eam dicit eſſe cōmu. Maria. Soci. in c. poſtulaſti. nume. 5. de foro compet. & Abb. in d. c. fi. nu. 27. eo. titu.

1 Limita primo non procedere in foro pœnitentiali. Ita probat glo. in c. placuit. el primo in verbo ſepeliat. xvj. quæſtio. j. vbi dicit, ꝙ ſi aliquis delinquit in aliena parochia, non poteſt confiteri peccata ſua ſacerdoti illius parochiæ, nec ab eo recipere pœnitentiam. Quam opinionem gloſ. dicit eſſe communem Abb. in c. j. numero 4. & ibi Ioan. de Ana. nume. 4. de rapto. & eam ſequitur Alcia. in c. pernicioſam nume. 70. de offic. ordina. Bar. in c. fin. nume. 5. de foro compet. & in rub. nume. 53. Roma. in ſingula. 458.

Ratio poteſt eſſe, quia in foro contentioſo & iudiciali imponitur pœna vt delinquens ſatisfaciat reipublicę læſæ quam ſcandalizauit, & ideo talis pœna debet imponi vbi delictum fuit perpetratum, & ob hoc delinquens quo ad iſtam pœnam ſortitur illius iudicis forum, ſed in foro pœnitentiali imponitur vt ſatisfaciat Deo quem læſit. vnde cum in hoc foro habeat delinquens ſacerdotem proprium loco Dei, vt in c. omnis vtriuſque ſexus. de pœnitentiis & remiſsionibus. ideo a proprio ſacerdote non ab alio debet iudicari in foro animæ, quia quo ad pœnam ſpiritualem quilibet dicitur iudex extraneus, niſi iudex domicilij, dato ꝙ alibi deliquerit.

2 Limita ſecundo, vt non pocedat quando delictum commiſſum non eſſet communiter, ſed in illo loco tantum, tunc ſuccurretur delinquēti, qui cum eſſet forenſis veriſimiliter ignorauit illud eſſe delictum vnde ſi talis conduceret triticum extra territoriū contra formam ſtatuti quod veriſimiliter ignorauiſſet debebit reſtitui in integrum, ex clauſula, ſi qua mihi iuſta cauſa videbitur. de qua in l. j. ff. ex qui. cau. maio. Ita tenent Inn. Ant. de Bu. & Imo. in rub. de

conſuetud.Card.& Moder.in c.fin.queſtio.12.eo.titu. Doctores in
l.cunctos populos. C. de ſumma Trinitate & fide Catholica. &
hanc limitationem ponit Alex.Alciat.in c.pernicioſam,num.6
de officio ordina.

3 Limita tertio, non procedere in delictis leuibus. Ita probat
in d.l.deſertorem in prin.ſumpto arg.a cõtrario ſenſu.ff.de re m
& ita expreſſe tenet per illum tex. Melchior. Kling.in c.fi. nu
de foro compe.quam opi.probat tex.in Authen. vt nulli iudicu
§.ſi quis vero comprehenſorũ.colla.9.& ita expreſſe tenet Cha
in cõſuetu.Burgun.in ti.(Des adueuz).Rub.12.§.vni. fo.364.
7.col.3.& ita communiter teneri dicit Abb.in d.c.fi.nu.15.

4 Quarto limita, non habere locum in vagabundis. Ita probat tex.
in l.j.C.vbi.de crimi.agi oport.quæ habet ſecundum verum intelle
ctũ ibi, ꝙ vagabundus delinquens habeat iudicem vbicunq; inue
nitur. per quam gl.dicit Barto.in d.l.hæres abſens.in.§.proinde.nu
4.ff.de iud.ꝙ multi ribaldi ſuſpenduntur in ciuitatibus vel caſtris
vbicunq; inueniuntur, cum non habeant alicubi forũ.& ibi Franc.
Cur.Iun.nume.10.Hanc opi.tenet Ioan.Cald.in cap.j. de rapto.

Contrariam tamen opi.tenet Innoc.in d.c.j.de rap.vbi concio
dit, ꝙ vagabundus debet remitti ad locum vbi delinquit quem ſe
quuntur Anto.de bu.& Panorm.in d.c.fi. de foro compe. quia ea
dem ratio remiſsionis eſt in vagabundo, quæ in nõ vagabundo, vt
ſcilicet fiat remiſsio propter exẽplum & ad tollendum ſcandali,
imo addit Panor.in d.c.fi.nu.21.ſe putare ꝙ in vagabundo magis
debeat fieri remiſsio, quam in non vagabundo, cum talis remiſſio
fiat ſine iniuria alicuius iudicis. Pro hoc facit tex. in d.§. ſi quis
vero comprehenſorum.& in d.c.j.de rapto. & in d. l. deſertorem.
ff.de re milita.& in l.ſolent.ff.de cuſto.& exhib.reor.quæ iura in
diſtincte loquuntur, nec faciunt indiſtinctionem inter vagabundum
& non vagabundum. & hanc opinionem tenet expreſſe Bonifa
cius de Vitalinis in tracta.maleſi.in rub.de inquiſitio. & earũ for
mis, num.56. Montaluus in gl.lxxxij.tit.2.par.3.in glo. in verbo,
(la onzena.) Et non ob.tex.in d.l.j.C.vbi de crim.agi oportet,
nam licet ibi caueatur ꝙ delinquens vagabundus poſsit conueni
ri in loco vbi reperitur, tamen inde non ſequitur ꝙ remiſsio ſit ſub
lata. quam opinionem dicit eſſe veram Ioan.de Ana.in c.j.nu.2.de
rapto. Circa quam limitationem ſic diſtinguo, ꝙ aut delinquens
non eſt omnino vagabundus, quia habet aliquam habitationem, &
tunc debet remitti. Ita ſentit Abb. in d.c.fi.num.13.de rapto. quẽ
ſequitur Chaſſanæ.in conſuetu.Burgund.in ti.(Des iuſtices).Rub.
1.§.v.fo.v1.col.j.nu.14.& in tit.(Des adueuz).§.vnico, fol.364.
col.iij.nu.12.Melchior Kling.in d.c.fi.nu.9.& 10. de foro compe.
Aut delinquens eſt omnino vagabundus, ita ꝙ certam habitatio
nem nuſquam habet, & tunc non debet remitti, & ita debet intelli
gi text.in d.l.j. C.vbi de crimi.agi oportet. pro qua vide tex. in l.
xv. titu.1.parte.vij.

Porro quis proprie dicatur vagabundus, ponit Barto. poſt gl. in l. 4. in §. pretor. ff. de damno infect. glo. in l. eius qui. in. §. fina. ff. ad municipa. vbi dicit. ꝙ ille dicitur vagabundus, qui non habet domicilium certum vel habitationem. quam gl. ſequitur. Panor. in d. d. c. fi. nu. 13. de foro compe. De iure regio eſt text. qui hoc probat, in l. 4. titu. 12. lib. 8. ordina.

5 Quinto limita, non procedere … crimine furti: nam ſi fur reperiatur in alio loco cum re furtiua, in quocunque loco cum ea reperiatur, puniri poteſt. Ita tenet Barto. per text. ibi, in l. ſi dominum vi, num. 2. ff. de fur. poſt Dinum. Paulus de Caſtro in conſi. 458. nu. 1. lib. ij. & plures alij Doctor. & quos refert Alex. in addictionum in d. l. ſi dominium, eandem opinionem tenet. Ang. in trac. maleficiorum, in verbo, & veſtem cœleſtem, num. 15. & ibi Augu. Ariminenſis in additione notabiliter eã declarat, & adducit quã plures Doctor. pro vtraque parte.

6 Limita ſexto, non procedere in crimine raptus: quia raptores fugientes poſſunt vbique capi & puniri. Ita probat tex. in l. vnica, in fine principij, ibi, ſine fori præſcripiione. C. de raptu virgi. & ibi expreſſe hoc tenet Bal. per illum tex. nu. 8. vbi dicit, ꝙ tanquam vagabundus non habet priuilegium fori. eandem opinio. per illum tex. tenet Chaſſa. in conſuetu. Burgun. in tit. (Des adueuz). Rubri. 12. §. vnico, folio 364. col. 3. nume. 11. pro qua limitatione facit etiã text. in l. raptores. C. de epiſcop. & cleri. Sed hęc limitatio non videtur vera, nec probatur in ſupradictis iuribus, quia tantummodo loquitur quando aliquis eſt priuilegiatus vt non poſsit conueniri niſi ſub certo iudice, nam dicunt ſupra d. iura. ꝙ ſi iſte priuilegiatus eſt raptor, illud priuilegium ſibi non prodeſt. & ita expreſſe tenet glo. in d. l. vnica, in verb. ſine fori præſcriptione. & ibi Ange. per eam, numero. 3. & Sali. num. 10. Fulg. in d. l. raptores, nume. 5. facit tex. & ibi Odofre. & idem Fulgo. in l. j. C. vbi ſenato, vel clariſsimi.

7 Limita ſeptimo, non habere locum in crimine hæreſis, quia de tali crimine poteſt vbicunque puniri, nec fiet remiſsio. Vt in l. Ariani. C. de hęreti. ita tenet Paul. de Leazar. in cle. Paſtoralis. de re iudi. Chaſſanæ. in conſuetu. Burgun. in titu. (Des adueuz). Rub. 12 §. vnico, fo. 365. col. j. nu. 13. Imol. in d. clem. nu. 64. & alia circa hanc regulam vide per Doct. ſupra allegatos.

## REGVLA CCCLXXIX.

Fori incompetẽtia ſemper allegari poteſt. Hanc regulam probat tex. in l. non erit, in. §. dato. & ibi glo. & Ange. de Peruſio. ff. de iureiuran. & in l. fideiuſſor, in. §. præter a it. & ibi Bal. ff. qui ſatiſd. cog an. tex. etiam & ibi Bal. in l. qui teſtamento. C. de teſtam. tex. in l. 2. in. §. ſi. ff. de pœnis. & in l. ſcire oportet, & ibi Bal. ff. de



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

excuſatio.tutorum.& in l.ſi quis.ff.de iniuſto rupto.glo.fina.in Cle
men.vnica, & ibi Cardina.& doctor.de ſequeſtra. poſſeſ. & fruc.
Circa quam regulam vide Hippoly.in ſingu.10. vbi allegat quam
plures Doctor.

Hanc regulam cum duabus ampliationibus, & quatuor limita
tionibus ponit Ioan.Bernar.in regula.251. remittendo ſed ad Fel
in rubric.de foro competen.numero 2. Quam regulam limita n
ginta quinque modis, vt per Anton.Corſett.in Repertorio ad Ab
ba.in verbo, fori incompetentia.vbi per quatuor columnas con
gerit ſupra dictos caſus. Quas limitationes ad literam poſuit.An
dre.Barba.ante eum in Rubr.de foro compet. a numero 10. vſque
ad finem.

Hodie tamen de iure regio fori incompetẽtia debet intra 9. dies
allegari. vt in l.8.in ll.de Madrid.per quam l.corrigitur tex.in l.
titu.8.lib.3.ordina.

## REGVLA CCCLXXX.

FORTVITI caſus, non cõtinentur appellatione periculi in du
bio. Hanc regulam probat glo.in l. ſed & ſi quis.in.§.quæſitum,
in gl.magna, in fi.ff.ſi quis cautio.& ibi Bar.& Doct.pręcipue Ia
cobi.de ſancto Georg.numero.13. Iaſ.numero 30.pro qua opinio
ne allegat tex. in l.1.in.§.ſæpe.ff.depo.tex.in l.quę fortuitis.C.de
pignora.actio.& iſtam eſſe communem opi.dicit Ripa in trac.de
peſte, in prin.in c.de priuilegiis cõtractuũ cauſa peſtis. fo.48. col.
4.numero 70.cum ſeq.

Hanc regulam ampliat vnico modo, & limitat quatuor modis
vbi etiam adducit alia plura circa eius materiam.Ripa vbi ſupra.
Aliam limitationem ponit Iacobi.de ſancto Georg.in d.§. quæſi
tum, numero 14.

Qui autem ſint caſus fortuiti, vltra tex.de iure regio, qui eos
ponit in l.3.tit.2.par.5.vide quam plures quos ponit Io. Igneus in
repe.l.contractus.nu.77.cum aliis.ff.de regulis iuris.

## REGVLA CCCLXXXI.

FRATRES Minores ſunt incapaces bonorum. Hanc regu
lam probat tex.in Clem.Exiui de Paradiſo.de verbo.ſignifica.in
.§.proinde.& in c.vnico, de religio.domi.lib.6.& ibi gl.in verbo,
domum.& in cap.vnico, de exceſsibus pręla.eo.lib.& in c.exiit,
